

3
3
4
5
6.



G. 18. num. 312. 40.

DISSERTATIO INAUGURALIS 27

DE

VERBIS
HONORIS,

1709, 9 6

Vulgo

von Complimenten/

QVAM

ADNUENTE DIVINA GRATIA,
CONSENTIENTE

ILLUSTRI FACULTATE JURIDICA,
PRAESIDE

VIRO EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO

DN. JOHANN. JOACH. Schöpffer/

ICTO, ET ANTECESS. CELEBERR. COM. PAL. CÆSAR.

CONSIST. DUCAL. CONSILIARIO, NEC NON CANCEL-

LARIE MECKLENBURG. VICE-DIRECTORE
SPLENDIDISSIMO,

PATRONO, atque PRÆCEPTORE suo omni ætate devenerando.

PRO LICENTIA

SUMMOS IN JURE HONORES CONSEQVENDI.

Publico Eruditorum Examine submittit

MARTINUS ALBERTUS Willebrandt/

ROSTOCH.

Ad d. V. Dec. M DCC IX. Horis ante- & Postmeridianis.

ROSTOCHII, ANNO MDCCXVII.

H. J.

KÖNIGLICH
UNIVERSITÄT
ZV HAUPTSTADT
ROSTOCK

DISSERTATIO IN HONORE

VERBIS

HONORIS

COMPLETIONE

IN

ARTIBUS LIBERALIBUS

PRÆSIDI

ACADEMIAE

ALMA MATER

UNIVERSITATIS

HALENSIS

IN

ARTIBUS LIBERALIBUS

COMPLETIONE

IN





PRÆLOQUIUM.



Requentissimum Verborum Honoris inter homines usum qui negaverit, nemo erit nisi conversationis humanæ admodum expertus. Nulla Regio, nulla Civitas, nulla domus, quæ ista ignorat: Omnibus Gentibus receptissima sunt. Nota fuerunt, Hebræis, Græcis, Romanis. Notissima sunt hodie Gallis, de quibus in proverbium abiit: *Les François sont les vrais complimenteurs.*

Myler. ab Ehrenbach. *de Stat Imper. P. IV. cap. 101. n. 25.* Hispanis, quibus crimen quoque est mendicantibus sine submissis verborum ceremoniis eleemosynam distribuere, uti ex Itinerariis constat. conf. Limn. *J. P. L. IV. c. 6. n. 69. segg.* Italis quorum proprium habetur sesquipedalibus verbis exteros demulcere. Myl. ab Ehrenb. *d. l. Polonis* quippe quibus solenne quoque est splendidis se invicem excipere formulis. Pufendorff *Einleit zur Histor. Cap. X. §. 14.* Taceo reliquos. At vero de *Germanis* nostris habes quod dubitares, cum Tacitus *de mor. German. cap. XXII.* eos dicat: *Gentem non astutam, nec callidam & alibi: Nullos Mortales fide ante Germanos esse.* Unde enatum dicitur: *auf gut Deutsch* i. e. absque fraude aut callida simulatione. Et alterum: *Ein Wort/ein Wort/ein Mann ein Mann.* It. *Er ist ein Teutscher/er sagt jederman die dürre Wahrheit* ut quam plurima huc facientia prætermittam. Sed hos non minus verborum civilitati deditos esse quam alii, experientia comprobatur, dum ab infantia istam rite adhibere edocui, conversationem ea carentem illico rusticam dicere solemus. Nec est ut quicquam inde sinceritati Germanorum decedere existimes; Potius magis

4
CAP. I. GENERALIA

4
 jor hinc Genti nostræ gloria nascetur : quoniam ut verbis utar
 Dn. Weiffii Posit. Redener pag. 296. Gleichwie die Französische
 Nation in ihren freundlichen Worten vielleicht mehr Betrug und
 Falschheit verbergen mag/als wir unglückselige Nachbarn bisher
 verstanden haben; So wird hingegen das redliche Teutschland des-
 so größern Ruhm davon zu gewarten haben/weil die alte Eren und
 Redlichkeit auch mitten in den Complimenten unberrückt verblei-
 ben wird. Hanc igitur toti Orbi notissimam, & quotidiana praxi
 illustrem materiam pau'lo prolixius tractaturus, haut inane me su-
 scēpisse laborem confido. Præsertim cum pauca admodum de ea,
 & plerumque incidenter solum a Doctoribus notata invenire li-
 cuerit. Quamvis enim Præsīde Dn. Scheinmanno, Antecessore
 Tubingens. A. 1703 Tubingæ prodierit Dissert. *de Verbis honoris*,
 ea tamen partem tantum hujus thematis exhibet, altera de obje-
 cto, forma & effectu eorum in aliud tempus dilata, quæ autem jam
 extincto ante aliquod tempus Dn. Præsīde, lucem vix videbit. Ex-
 stant præterea Viri nunquam sine laude nominandi Illustr. Dn.
 Strykii Diss. eruditiss. *de Civilitate nociva, proficua*, *J. Blanditia-
 rum*, *J. Reverentia* & Dn. Hoppii J.Cei consummatissimi *Dissert.
 de Joco*. Sed fines propositorum thematum non egressuri, præsen-
 tem materiam non nisi per transfennam paucissimis tetigere. De-
 nique citatam etiam legi Dn. Weiffii *Dissert. de Moralitate Com-
 plementorum*. Hanc autem cum inspicere non licuerit, quid con-
 tineat ignoro; non tamen ultra philosophicos eam excurrere ter-
 minos, crediderim. Sparfim itaque quæ ubique invenis B.L. in u-
 num hic collecta, & quantum pro ingenii modulo licuit, ad verita-
 tis atque justitiæ incudem revocata cernis. Tuum erit quæ dicta
 sunt æqui boniq; æstimare, meum sicubi erratum discernere.

CAP. I.

Generalia de Verbis Honoris exhib.

SUMMARIA.

*De origine V. H. agitur n. 1 seqq. Eorundem Descriptio n. 8. seq. Nota-
 tur Scheinmann 11. sq. Divisio V. H. 13 sq. An V. H. licita sint? 18. Af-
 firmatur 19. sq. Exempla ex Sacris petita 25 sq. Objectiones. 34. sq. Re-
 sponde-*

DE V. H. EXHIBENS.

spondetur ad eas 42 sq. Abusus evitandus, & quomodo is committatur. 50. sq. Omnibus hominibus licita sunt V. H. 63. sq. An etiam sacerdoti. 64. sq. Quinam prae ceteris V. H. utantur? 71. sq. An quis cogi possit ad ea? 73. sq. Subjectum recipiens V. H. 77. sq. An ad Deum dirigi possint. 79. Nonnulli indigni sunt V. H. 80. sq. Forma V. H. 85. sq. Effectus eorum quis sit? 92. sq. J. Civili. 96. sq. Et J. Nat. 101. sq.

A Nimal per se egenum, & sine sui similibus auxilio servari ineptum est Homo. Pufendorf. *de J. N. & G. l. 2 c. 5. §. 15.*
 Sed ad mutua commoda promovenda simul maxime idoneum & sibi invicem utilissimum. Grot. *d. J. B. & P. L. l. c. 5. §. 2.* Id igitur praecipue ei agendum erat, ut favor illorum quibuscum vivebat omni modo conciliaretur: quod melius quam obtemperando eorum affectibus fieri non poterat. Cum autem unusquisque hominum honorificentius de se existimet, & majoribus honoribus se dignum censeat, quam meretur: itaque indignetur, si alios non ita magnifice de se sentire, quam meritis suis deberi vano sibi persuadet, intelligat. Guicciardin *Hypomnes. Polit. 58.* Hinc eorum auxilio indigentes ad placitum loqui non detrectabant. Debiliores nimirum potentioribus vel metu coacti vel sponte ad majus malum evitandum, se subjiciunt, eosque ut melius vivant demulcere studentes, ambitioni adulationibus, avaritiae largis promissionibus satisfaciunt. Sed non solum cum superioribus sed & cum aequalibus, ne privatae altercationes sibi damnum inferrent, ita agendum erat, ut causa de rusticitate vel inhumanitate querendi non subesset. Et facillimum videbatur Philaetiae illorum quoque blandis verbis illudere, & inanibus verborum formulis animos sibi hominum devincire. Inde ortae frequentissimae officiorum oblationes honorificae compellationes, devotae subjectiones. Neque est cur Galateus *de moribus*, citat. a Fritsch *in append. ad Besold. The-saur. Lit. C. n. 33.* hunc morem extraneum aut Barbarum dicat, vel cujus origo ignoretur. Certe non Barbaris, non Gallis, non Italis, sed primis societatuum humanarum initiis, originem is debet, & a majoribus ad nos perductus, hodierno seculo summum attigisse perfectionis cacumen videtur.

A 3

Atque

CAP. I. GENERALIA

- 6 Atque hæc sunt de quibus præfens Dissertatio inscribitur Verba Honoris, quæ alio nomine diceret: verba civilia, urbana, aulica, adulatoria, curialia, Alciat. *Parey. Jur. L. II. c. 12.* officiosa, ad complacentiam prolata, verborum blandimenta. *Nov. 74 c. 4. pr.* & cum Prisciani Legibus non subjaceamus, Complimenta &c. vulgo: *Complimenten/ Ehrentworte/ Wortgepränge/ Bruncf reden* &c.
- 7 Licet autem nemo Hominum sit qui ignoret quid sint *Complimenten*; ideoque Definitione quadam hic opus non sit juxt. Duaren. *ad Tit. de probat. cap. 2. in pr.* ne tamen receptam ubique disputantium methodum solus neglexisse videar, aliqualem ulteriori tractationi præmittendam duxi descriptionem. Sunt itaque Verba Honoris nihil aliud quam: *Formule, quæ benevolentia causa prolata, alium penitus sensum continent, quam verba proprie sumpta præ se ferunt.* Prolixiorem vero eorum quæ obscura forsan deprehendantur explicationem lubens omitto, cum istam partim quotidiana conversatio, partim in sequentibus dicenda abunde suppedirent.
- 8 Id tamen hoc loco monendum duxi, me Scheinemannum non imitaturum, qui in *Dissert. de Verbis Honor.* §. 3 sub definitione eorum facta etiam quibus alteri benevolam nostrum animum significamus, v. gr. salutationes, oscula, *Ehrentüsse* &c. comprehendit. Hoc enim quomodo salvis interpretationis legitimæ regulis fieri possit, non video, nec usquam sub verbis facta, bene tamen sub factis verba contineri, me legisse memini. Quamvis si vocem assumas *complimenten*, quin factis quoque honorificis applicari possit dubium nullum sit.
- 9 Nec etiam cum laudato Scheineman §. 4 Receptionem aliquam vel in conversatione civili, vel ex impositione publica approbatam ad V. H. essentiam requiro; sed solam specto verba proferentis intentionem, eamque sufficere existimaverim si quæras an V. H. prolata? Si vero ad obligationem & probationem venias, alias circumstantias, & aliquando Receptionem quoque civilem considerandas esse non diffiteor.
- 10 Divido V. H. (1) in ea quæ scripto concipiuntur, qualia deprehendimus in Literis Amicorum solita formula: *Salutem & officia*, in Mandatis Principum: *Unser gnädigen Gruss* jubor & quæ ore proferuntur, qualia audimus in visitationibus congressibus, conviviis &c.

DE V. H. EXHIBENS.

&c. In illis tamen majori quam his cautione opus erit, cum ma-
 gis deliberato edita videantur, & diutius maneant quam quæ ore
 in æther protruduntur & cum aura evanescent, ideoque non tam fa-
 cile quam hæc pro V. H. reputentur, quia confessio linguæ tanto a-
 nimi consilio facta non videtur, quam productio scripturæ. Cravett.
Resp. V. pro gener. n. 10. (2) in Nuda & non nuda. Nuda quæ & ge-
 neralia dices sunt: cum affectum nostrum indefinite in aliquem
 testamur, amplissimisque verbis benevolentiam nostram pollice-
 mur, quo pertinet formula Ciceronis: *Ego vero Tibi profiteor, atq;
 polliceor eximum & singulare meum studium in omni genere offi-
 cii. Ep. ad famil. Lib. V. Ep. 8.* Non nuda quæ & specialia dici pos-
 sunt, magis determinatum respiciunt objectum, certæque rei vel fa-
 cti promissionis speciem ferunt. De his Gvicciardin *Hypomnes. Po-
 lit. 59. Responsis generalibus & spe plenius rogantibus satis facias,
 prudenter tamen cavebis ne iis te expresse obstringas vel rem ullam
 precise promittas.* In his namque lingua intra limites coercenda,
 cum facile fieri proficit ut in perfectam promissionem transeant talia
 verba. vid. Scheinem. *d. Dissert. S. 31.* (3) Denique pro conversa-
 tionis diversitate diversæ quoque & infinitæ constitui poterunt V.
 H. species. Hinc mox audies laudatoria, gratulatoria, consolato-
 ria, officiosa, visitatoria &c. mox aliis etiam formulis sese excipere
 Homines deprehendas.

His præmissis ad alia pergenti moram necit Quæstio Præjudici-
 alis, ideoque ante omnia decidenda. *L. 10. & 18. ff. de Except.* An
 verba Honoris licita sint? Hanc vero quin affirmem nulla dubitan-
 di ratio superest. Etenim cum ea Hominibus agenda J. Nat. præ-
 cipiuntur quæ societati humanæ conducunt, & quæ illam turbant
 prohibeantur; Sermo autem maximum in conversatione teneat
 momentum, hinc necessaria J. Nat. Regula deducitur: *Sermone ita
 utendum, prout Natura & Ratio socialitatis requirit.* Buddeus *Ele-
 ment. Philosoph. Pract. P. II. cap. 4. Sect. 6. S. 3.* Thomaf. *Jprud. Di-
 vin. L. II. cap. 8. S. 39. seqq.* Jam vero mirum in modum vita no-
 stra socialis turbaretur, si homines quorum plerique libenter verbis
 delicatis pascuntur citra officii necessitatem veritatem dicendo of-
 fendere velimus. conf. *dict. n. 1. seq. h. Cap.* Potius cum paucissimi
 ad eam ferendum apti sint, quilibet tenetur ex Regulis Decori non
 saltem

8
CAP. I. GENERALIA

- 23 saltem veritatem occultare, sed saepe falso quoad simulatione, dissimulatione &c. uti Thomas. *Emendat. Jpr. divin. d. l. §. 11.* Dicta si ad V. H. applicaveris eaque simul ad Regulam istam generalem Decorum: *Nihil committendum quod sensui & intellectui aliorum non sit conveniens.* Vid. Becman. *Consp. Doctr. Moral. Cap. 18* revocaveris, facillime deprehendes, Decoro atque sic J. Nat. præceptis nihil convenientius esse, quam V. H. licite ad complacentiam alterius
- 24 prolata. Taceo jam insignem officii nobis ipsis debiti læsionem, si quando in primo statim congressu alteri ignoro interiora animi sensa pandere, qualem de eo mentem conceperimus revelare, & nos hoc modo in haut exiguum periculum citra necessitatem præcipitare velimus.
- 25 Sacrum Codicem perlustranti eximia quoque V. H. defendendi occurrent argumenta: Quo pertinent potissimum piorum ac
- 26 proborum Hominum ista adhibentium exempla. Sic norum est exemplum Abrahami, quod narratur *Genes. XII. X.* qui tres viros ipsi occurrentes, & tunc adhuc ignotos. Vid. Chytræ. *Comm. ad d. Cap. admodum honorificis excipiebat verbis: Herr habe ich Gnade funden/ so gehe nicht für deinen Knecht über.* Aliud idque admodum solenne habemus in Jacobo, qui Esavum fratrem suum ira commotum placare studens, nullis certe reverentialium verborum formulis pepercit, uti legimus *Genes. 32. 33* se Servum, Fratrem Dominum appellans, aliisque satis officiosis ceremoniis utens, qualis illa. *32. v. 5.* *Daß ich Gnade für meinen Herrn finde/ & v. 10.* *Ich sehe dein Angesicht als sehe ich Gottes Angesicht.* Et placent præsertim quæ D. Lutherus ad hanc commentatus est Historiam *Op. Witteberg. Tom. X. p. 274.* & huc apposuisse non ingratum erit: *Daß sich aber an diesen Dr. Jacob also demüthiget/ und neiget für seinen Bruder/ soll man nicht also verstehen/ als ob ihm damit an seinen Segen und Ehre etw. was abgebrochen wäre/ sondern wie man gemeiniglich pfleget zu sagen: Es sind Verba Honoris die binden nicht; und diese Reverenz Ehrebetung und Gehorsam bringt nicht mit sich/ daß ihm eben das mit das Erbe und die Herrschafft wäre übergeben worden/ wiewol sich Jacob einen Knecht/ Esau aber einen Herrn nennet/ so hat aber doch Esau darum das Regiment noch nicht/ und hat dasselbe auch niemals bekommen; & paulo post: Darnach pfleget es auch in diesen Leben*

DE V. H. EXHIBENS.

Leben zu geschehen/das die so höher und größer sind denn andere/nicht
 allein ihres Gleichen/sondern auch wol die Geringer sind als sie/
 freundlich und ehrlich anreden/und ihre Dienste anbieten. Aliud
 nobis sup̄ editant filii Jacob, non solum Josepho honorificis respon-
 dentes formulis, qualis *Genes. XLIII. v. 28.* Es gehet deinem Knecht
 unsern Vater woll/ sed ejus quoque ministrum, seinen Haus-
 halter/ Dominum suum dicere non detrectantes. *Genes. XLIV. v. 7.*
 Warum redet mein Herr solche Worte / es sey ferne von deinen
 Knechten. Omnium autem maxime a me dicta illustrat exemplum
 Achabi Regis Israelitarum quod narratur *1 Reg. 20, 3* seqq. qui Re-
 gi Syriorum Benhadad honorifice plane respondens: Mein Herr
 König wie du geredet hast/ ich bin dein/ und alles was ich hab; cum
 ab eo, ut promissa traderet, exigeretur, injustitiæ & iniquitatis incu-
 labat Benhadad, dicens: Sehet wie böse er es fürnimt; approbanti-
 bus id Consiliariis atque Senioribus Populi Israelitici; Variè tamen
 circa hujus Historiæ interpretationem dissentiunt Theologi. vid.
 Bibl. Vinar. d. l. Pufendorff *de J. N. & G. L. III. c. 5. §. 10.* Porro his
 annumeranda prudens scæmina Abigail, quæ *1 Sam. 25, 41.* submissa
 admodum oratione Davidem placans, cum in uxorem ab eo ambi-
 retur, respondet: Siehe hie ist deine Magd/ das sie diene den Knech-
 ten meines Herrn und ihre Füße wasche; Adde his exempla Gaddi-
 tarum & Rubenitarum. *Num. 32, 25.* Adductis exemplis si jungas
 monitum *Syrac. 3, 6.* Halts mit jedermann freundlich/ vertraue aber
 unter tausenden kaum einem; & Christi *Matth. 20, 26. Luc. 14, 7* seqq.
31, 25. Conf. Coloss. 4, 6. haud obscure inde verborum officiosorum
 approbatio arguitur.

Cæterum non dubito fore nonnullos, qui dicam mihi impin-
 gentes omnia Honoris Verba illicita dicant, nec speciosa iis argu-
 menta deesse, quibus in receptum illorum usum invehantur. Eum
 scilicet insignem reprehensionem incurrere, qui sermone utpote uti-
 lissimo societatis humanæ instrumento, ad alterum decipiendum
 abutitur, aliud dicit quam quod sentit, & verba voluntati ac menti
 suæ contraria adhibet Puffend. *de O. H. & C. L. 1. c. X. §. 1.* Hoc au-
 tem tum præsertim fieri, cum quis se alterius servum, ad ejus serviti-
 um paratissimum prolixè declarat, certissimum esse. Quis enim omni-
 um has ceremonias seria mente proferet? ita ut confessim in fami-
 liam ejus transire, inq; ejus servitiis degere cupiat. Illud potius Mar-
 tialis ingeminant:

B

CIVIS

*Cum voco te Dominum, noli tibi Cinna placere;
Saepe etiam servum sic resaluto meum.*

- 37 Præterea tot tam Theologorum quam Moralistarum in V. H. increpationes reperire licet, quarum nonnullas collegit Dietherr. *ad Be-sold lit. c. n. 74.* conf. *Drexel phætoni. cap. 35. p. 452.* plures vid. ap. *Fritsch. in Ministr. pecc. concl. 47.* Mox etiam ad SS. dicta provocant *Syrac. 4. 34.* So sey nicht wie die so sich mit hohen Worten er-bieten/ und thun doch gar nichts darzu. Conf. *Matth 12. 36. 37. & 5. 37.* Eure Rede sey Ja/ Ja/ Nein/ Nein/ &c. Quæ verba sic explicat D. *Osiander: Verba vestra rebus convenient ne aliud loquentes quam sentitis hypocrite fiat, qui quidvis simulent vel dissimulent, &c.* quæ omnia Dn. *Sheinemann.* quoque eo adduxerunt, ut morem hunc licet in foro civili impunem, in foro interno tamen censuram incurrare, nec immunitatem in Conscientia præstare dicat. *d. l. §. 7.*
- 40 *S. inf.* Omnium autem maxime hunc morem detestantur *Quackeri;* quorum antesignanus *Barclai* in *Theol. Mystic. Apolog. ad th. 15. n. 4.* in has erumpit invectiões: *Præter generales illos honoris titulos, quot abusus inter Christianos irrepserunt, in usu blandorum sermonum vulgo: complemens? unde non servi ad Heros, vel aliis respectu talis relationis, sed ii qui nullam ejusmodi relationem habent dicunt & scribunt ad invicem, qualibet occasione pro more: obsequentissimus tuus servus, humillimus tuus servus. Impia tales consuetudines, ad inenarrabile animarum damnum christianos ad mendacia facienda assuefecerunt. &c.* hinc adeo ab iis abstinere, ut ne cum Principibus quidem aliter hac in parte, quam cum infimis servulorum agant, probante id exemplo *Amesii* Angli, qui ita affabatur gloriosissimum Electorem Brandenburgicum *Fridericum Wilhelmum: Freund; Ob ich mir schon solcher heuchlischen Titel gegen dir nicht gebrauche/ als gemeinlich gegeben werden/ von denen die Freundschaft dieser Welt suchen/ und heucheln umb ihres Vortheils willen: Dennoch ist mein Wunsch daß Wohlfarth und Glückseligkeit dir möge beständig werden. Hæc ut & argumenta eorum relata vid. ap. Schelvgig. in Quackerism. confut. art. 19. hypoth. 5.*
- 42 Me vero ista nondum in aliam trahunt sententiam, quin potius tam interiori quam externo foro V. H. licita esse afferam. *Quamvis enim veracitatis leges id exigere videantur, ut aliud non dicamus quam*

quàm quod animo sentimus; attamen sicuti omnium virtutum, ita & hujus reatrix & magistra est prudentia. Eisenhart. *Inst. J. N. cap. XI. §. 6.* Ea igitur accurate discernit conversationem cum Homine 44
 sincero, candido, probo: ab ea quæ cum percontatore, veritatis inimico, laudis cupido &c. celebratur; simili terque aliter communi-
 candum & loquendum jubet cum iis qui dignitate aliqua præditi sunt, aliter cum infimis & forte fortuna oblati hominibus, aliter cum notioribus quam cum minus notis. Aristot. *ad Nicomach. L. IV. c. 12* hinc consideratam orationem & ingenio hominum attemperatam desiderat J. Nat. Vid. Eisenhart *d. l. § 7.* & sicuti summum 45
 jus dicere solemus summam injuriam, ita sine respectu personarum, loci, vel temporis semper verax haut raro vitiosus evadit. Atque 46
 cum animus fraudandi a sermocinante longissime absit, quippe qui non intendit alteri persuadere se firmiter ei obligatum fore, sed tantum ubique recepta ista civilitate atque reverentia favorem ejus sibi conciliare, & rusticitatem evitare studet; hinc argumentum a deceptione desumptum infirmo quoque nititur talo: Nec alter deceptum se queri poterit, si ea quæ honoris causa vel generaliter prolata adferiam & specialem applicare vult obligationem; suæ potius credulitati quæ aureos sibi pollicebatur montes, atque vana spe delectabatur, quam verbis loquentis illam imputabit deceptionem. Cantior 48
 erit qui observata cautela Boerii *Decis. 153. n. 137.* promissionibus & suasionibus Magnatum generalibus non credit. conf. Vasqui. *contro. illustr. L. 1 c. 10 n. 20. circ. fin.* qua vero neglecta damnum inde proveniens unusquisque sua culpa sentit quod sentire non videtur. 49
L. 203. ff. de R. J. c. 86. de R. J. in 610. Quackerorum argumenta erudite factis & accurate discussit Dn Schelgyvig in *Quackerism confut. art. 10. antith. 5.* quæ omnia huc transcribere spatium prohibet.

Quemadmodum autem optima plerumque instituta sædo conspurcari solent abusu, ita idem quoque Verbis nostris Honoris scississime evenit; Quamvis igitur licita ea esse defendam, illicita tamen & vitiosa illa dico, si homines iis abutantur. Variis vero id contingere solet modis; nimirum (1) si nimis frequenter & assidue iis utatur. Totum enim se hisce ceremoniis dedere uti vanum, ita valde est indecorum, & eos qui exquisitis quotidie verborum formulis ceremoniosam non ornare, sed onerare solent conversationem, & 50
 51
 vulgo

CAP. I. GENERALIA

12
 52 vulgo *Complimentisten* dicuntur, maximopere a prudentioribus videri cernimus, conf. Gracian. *l'Homme de cour. Maxim. 134.* adeo scilicet verum est illud Martialis:

Non bene olet, qui semper bene olet

ut hinc monente Becman *in Conspectu Doctrin. Moral. cap. 18.* instar aromaticum istiusmodi ceremoniarum habendarum sunt, quibus nec carere, nec
 53 solis vesci possamus; praesertim vero cavendum, ne cum seria negotia celebrantur, tempus iis destinatum vanis atque otiosis teratur verbis, quo spectat prohibitio Christi *Luc. X. v. 4.* add. Wildrog. *Diss. d. J. salut. Cap. I § 10.*

54 At multo magis Verbis nostris civilibus abutuntur (2) illi, qui ea ad decipiendum & circumveniendum proximum adhibent; quippe quorum mos doli mali notam haut effugiet, adeoque omni jure prohibetur. *2. ff. de Dol. mal.* atque horum numero adjungo eos, quibus solemne est vanis promissionibus alterum laetare, & quantum
 55 obligationem praetextu V. H. eludere, de quibus vulgo: *Er ist kein Schlab von seinen Worten/* dicere solemus. Levisimi certe animi indicium est promittere saepe, sed donare raro, Hobbef. *de Civ. cap. 2. § 8* Casiodor. *lib. V. Ep. 34* & praesertim placent quae de talibus *Dofonibus* (vid. Hobbef. *d. l.*) affert Abbas Bellegardé dans *Reflex. sur le Ridicul* p. 164. *C' est mal connoître les hommes, que de prétendre les satisfaire avec des vains compliments; ils sont trop intéressés, ils veulent des services réelles. On croit aisément ce que l'on desire, & l'on se laisse persuader, par une apparence de sincérité; mais une espérance trompe plusieurs fois fait naître le mépris pour ceux qui abusent de notre crédulité, on les regarde comme des imposteurs.* Sicut ergo aequivocationibus in contractu uti nefas habetur, ita quoque promissiones fidemque suam pro lubitu exceptione V. H. fallens haut exiguam levitatis notam incurrit.

57 Porro (3) illicitus evadit V. H. usus, si adulationem contineant aut assentationem, ita ut iis omnia a Patronis gesta, licet insignem contineant turpitudinem, lucri causa summis extollantur laudibus.

58 Graviter in hunc morem invehitur *c. 49. C. XI. Qu. 3. v. e qui dicitis bonum malum & malum bonum,* & adulatio deterrimum & detestandum dicitur vitium Mascard. *de probat. Vol. 1. Concl. 56. n. 1.* Althuf. *Dic. alog. L. 1. c. 120.* ideoque omnibus Principibus ab id genus hominibus

minibus cavendum, docent cuncti polliciti. Attramen cavendum hic, ne ille statim pro Adulatore habeatur qui Principem laudat si laudanda agit, aut veneratione ductus, perperam ab eo facta paulisper emollit, monente Dn. Budde. *Phil. Pract. P. III. c. 5. Sect. 14 § 24.* vel qui ea quæ laudem merentur paululum plus iusto extollit. Scip. Amirat. *301. ad Tacit. L. XIII. Disc. 2.* quippe cum hi licitos V. H. fines excessisse minime dicendi sint.

Sed non minorem ac priores reprehensionem merentur (4) illi, qui indecoram sui subjectionem exercent, & alterum ultra humanam extollunt sortem. Quo referenda Apotheosi: Ethnicorum, qui adeo Principibus suis adlabantur, ut Deos facerent: prout exempla Alexandri M. Caligulæ & cætera nos edocent; Proxime his accedunt hodiernis temporibus Galli, quorum Regi Fürstenbergius recitato pio Simeonis dicto: *Herr nun lässestu deinen Diener &c. Me netrerius autem appellatione Numinis, scæde ac impie adulati sunt.* Conf. Budde. *Diss. de eo quod dec. circ. solemn. Princ. §. 30.* Verum cum honor, ita exhibendus sit, ne alterius Hominis honori quid subtrahatur, quanto magis cavendum, ne Majestati Supremi Numinis quicquam derogetur, aut quæ Ei soli competunt, mortalibus impia adulatione tribuantur.

Evitato igitur abusu licita manebunt Verba nostra Honoris, ac unicuique; Hominum cujuscunque; is sit conditionis, ætatis, sexus, status, salva conscientia licebit verbis civilitate plenis se invicem excipere. Sed an Sacerdotes, quoque; ea deceant? dubitandi ansam præbent nonnulli, qui cum bonus Pastor non tantum verbo prædicationis, sed etiam exemplo conversationis inculpatæ & exemplaris præluxere debeat Carpz. *Jprud. Consist. L. 1. Def. 61 n. 4 & 10* ei utpote divinis intento, vanitates humanas, quo decorum quoque; referunt, evitandas, non suadent solum se jubent. At vero cum sanctimonia atque Christiana praxis non absolvatur rusticitate vel inurbanitate, nec officium Sacerdotis requiratur ut indecora austeritate, risui aliorum se exponat, hinc nihil vel officio suo vel christiano homine indignum committet, si cum hominibus vivens urbanus quoque; sit, eosque; si opus est Verbis Honoris nonnunquam excipiat, quo spectant verba Ordinationum Ecclesiasticarum; *Dass sie in Worten/Werken/ Gebarden sich gegen Mächtiglich freundlich/züchtig/ bescheiden/ und demüthig verhalten.* Vid. Carpzov, *d. l.*

CAP. I GENERALIA

- 14
- 66 Alia vero erit Quæstio: An in suggestu quoq; coram DEO. V. H. uti possit Minister verbi divini? Ob ein Prediger auch wol auf der Cangel *complimenten* möge? Et enim cum sacerdos suggestum non conscendat, nec ex eo loquatur, ut hominibus placeat, sed ut Dei mandata, & quæ eo tendunt exponat, blanditiæ hinc plane omnes
- 67 abesse debent, nec favori hominum minimum dandum. Equidem vota pro incolumitate Principis civiumq; nuncupare non detre-
bit; quo referenda die Neujährs-Wünsche/ &c. inque iis decorum quoq; ordinem servabit, vid. hic Puffendorf *dissert. de Existim* §. 27.
- 68 at si ea meri honoris causa fundantur, sinceritateque careant, impia
pellationibus quæ precibus publicis den fürbitten post concionam
plerumq; annexi solent. vid. Misler. *Cas. Consc. cap. IX. Qu. 42* quæ
nonnullis Principibus adeo impie visæ, ut in genere omnium titulo-
rum civilium annexionem prohibuerint. vid. Mecklenburg. Erleu-
tert. Kirchen-Ord. *Tit. 2 n. 3* §. nach der Predigt. ibi: In den Fürbitten
ten gleichwie auch bey allen Proclamationibus ist die Titular außßer
der etwanigen Ampts-Bedienung schlechtthin wegzulassen. Multo
magis ergo illicitus erit eorum mos, qui præter titulos civiles & jure
sibi competentes, ostentatoria quoque annexere solent enconia.
Scrupulum hinc moverunt Erfurtenses Anno 1660. cum ab E. ctoore
Moguntino postularetur, ut precibus publicis titulum gnädigster
69 Herr insereret vid. Scheineman *diss. de V. H. §. 21*. Multo minu-
tem in absolutionis actu ejusmodi verbis complacentia indul-
bit; quo iterum spectat dispositio Mecklenburg. Erleutert. Kirchen-Ord.
dl §. In den absolutionibus ibi: in den absolutionibus soll die welt-
liche Titulatur vermieden werden. add Aug. von Schönfeldt Erweg-
ber Erleutert. Fürstl. Mecklenb. Kirchen-Ord. §. 22. denn ein Predi-
ger handelt als denn Gottes Person/ dem alle Menschen gleich/ und
70 der von solchen Complimenten nichts weiß/ so daß ein Prediger Got-
tes Person damit *prostituiet*. Omnium autem minime urbane-
danda extenuet, iisq; propter commoda sua blandiatur; sed hoc
casu muß er kein Blat vor die Mund nehmen/ cum a ias ad eum per-
tineat illud *Ezech. 13 v. 18. S. 13*. Huc etiam referendæ adulationes in
soncionibus funebribus usitatz, cum homines notorie impios, *Creo*
ligel

fige/ Wohlseelige imo in superlativo Hochseelige dicere solent; quæ adeo solennes sunt, ut pro Leichen-Predigten dicantur Lügen-Predigten & hinc Dur. de Pascale (qui est Eberhard. a Weihe) *Aulic. Polit. aph. 120. parum fidei tribuendum, dicat, plerisq; Concionibus funebribus, quia raro sit ut non amplius affectioni & nummis, quam veritati tribuatur.* Unde hic abusus prohibitus in *Ordin. Eccles. Aegypol. Tit. Von Begräbnis. §. und wo ibi: Doch soll ein Prediger fleißig darauf sehen: daß Er den Menschen nichts zu gefallen rede und rühme was nicht zu rühmen ist. Atq; hic Rostochii cum peruersus iste mos tolli nequiret, Conciones funebres sine dispensatione concedi non solent. Sed manum de tabula ne aliena tractasse videar.*

Quemadmodum autem omnibus omnino Hominibus permis- 71
sa esse V. H. constat ita a cunctis, loquela & ratione instructis, ea quæ ubique adhiberi audimus; (refer huc quæ prolixius in præfat. adducta sunt.) Illis tamen præ cæteris solennia esse solent, qui alterius opem vel auxilio indigentes, ei placere student; quod potissimum exemplo mendicantium illustrat *Limn. 7. Publ. lib. IV. cap. 6. n. 70. qui ut alios ad commiserationem permoveant, uno obule dominationes nobilitatesve egregias vendunt; imo maxime severos, & diosos, atq; agrestes, si commoda ab altero sperant, civiles, urbanos, blanditiarumq; prodigos deprehendes.* Omnium vero aptissimi ad ele- 72
gantiora verborum ornamenta proferenda sunt illi, quibus elegantia morum curæ est, & quos *Homines civiles, Politicos, vulgo: Galante Leute/ Leute die zu leben wissen/ die sich wol. aufführen/ Statisten &c. dicere solemus.*

Sed an is qui detrectat alterum Verbis Honoris excipere, ad ea 73
cogi possit? disquiri hic meretur. Dum autem de coactione dictum, intelligo talem, qua quis tam firmiter tenetur, ut in iudicio ideo con-
veniri queat. Indecori enim notam ea omittentem incurere certifi-
simum est, & naturam quoq; rusticitatem hominum satis aspera casti-
gatione corrigere cernimus, cum efficere soleat, ut hanc ob causam
irrisionibus exponamur, & consortio atque benevolentia alio-
rum excidamus. *Becmann. Lin. Doctr. moral. Cap. 17. §. 1.* Sed
de his quæstio hoc loco non est, sed de eo: An quis civili obligatione 74
adstringatur ad V. H. commutanda? Equidem titulos honoris alteri
jare competentes qui denegat, cum non solum injuriarum teneri,
extra dubium est *Feltn de Tit. Honor. lib. 2. cap. 31. §. 5.* Sed variis a-
liis

liis quoq; teneri actionibus deducit. Hœping *de Jur. insign. cap. 22. n. 242. junct. cap. 14. n. 5. seqq.* Similiterq; ad salutandum præsertim Ministros Principis aliquem adigi posse, proluxe adfruit Myler. ab Ehrenbach. *Hyparchol. Cap. 8 § 23. seqq.* ita ut salutare detrectans vel carcere, vel pecuniaria pœna aut relegatione, & quandoque ad opus publicum condemnatione puniri queat Myler. *dl. §. 25. qui §. 27.* Mar. Giurbam *consil. decisiv. 38. n. 16.* allegat, defendentem & absolventem Ministrum quendam, qui transeundo, in non salutantem violentis manibus irruebat, ac concussio ejus capite in terram projectum pedibus conculcabat. Eandem igitur decisionem, argumento a salutationibus titulisq; honorum desumpto, circa nostra honoris obtinere dices. At vero contraria mihi arripet sententia & quæstio proposita negative decidenda videtur. Ea enim sicuti omnis decori ita etiam complementorum natura est, ut ex tacita potius hominum approbatione quam Lege positiva auctoritatem suam habentia, nulla speciali obligatione nos obstringant, aut singularis delicti si ea omittamus reos nos faciant; sed inter illa potius numerantur officia quæ alter suo jure non possit a me exigere, sed quorum præstitorum laus meæ humanitati & civilitati sit relinquenda. Pufendorf. *Diss. de Exist. mar. §. 20.* & quis ad ea nos adiget, quæ nisi ex animi submissione, & benevolentia proficiuntur inania sunt? cum ea quæ coacte sunt civilitatis causa facta fuisse dici nequeant! Nec est ut argumenta

75 supra adducta objicias quippe cum longe diversa eorum sit ratio: & aliud dicendum de eo qui honorem a Principe alteri tributum, & quæ ei annexa sunt, illi tribuere recusat: quam quidem de hoc, qui non ex contemptu, sed ex rusticitate, vel incivilitate, talia officia denegat, quæ nullam alterius dignitati vel augmentum vel decrementum tribuunt, sed solum amorem spirant. Dicta tamen limitanda si pacta contraria ad sint, ut in illustribus; vel si rusticitas cum injuria sit conjuncta.

77 Subjectum Recipiens V. H. iterum constituunt omnis conditionis homines, præsertim vero ambitiosi, atq; Φιλαντοι. Ambitio enim ac Philavtia efficiunt ut libenter verbis laudatoris & officiosis palcantur, quæ cæteroquin tanquam inania negligenter. Spectant huc verba Abbatis Bellegard. *Reflex. sur la politeff. des manes* p. 257.

DE V. H. EXHIBENS.

p. 257. on recoit comme un tribut legitime, ce qui n'est que pure
 flaterie, parce que l'on ne se connoit pas, & qu'on se laisse seduire
 par la prevention d'une merite imaginaire.

Sponte vero exinde fluit ad DEUM V H dirigere nefas ha-
 beri, vid. Scheinem. *Sap. land. Dissert.* §. 21. Stryk. *de Civil. profic.* 78
 cap. 2 §. 2. Nimirum cum DEUS, tanquam cordis atq; rhenum scruta-
 tor *Psalms* 7, 10. ea quæ exterioribus blanditiis animo averfo exer-
 centur, respuat, impie faciet is, qui fucatis precibus votisque hypo-
 critarum more illi illudere tentat; Simplicitate potius cordis con-
 tentus Dominus noster, cum mundani Principes honorificas saluta-
 tiones affectent, simplicissima compellatione quæ sit pronomine
 Tu, salutari non detrebat. Et quid deniq; Deo offeres, quod non de- 79
 beas? quo elogio Eum excipies, quod non perfectissime mereatur?

Inter Homines autem nonnulli quoq; inveniuntur qui indigni 80
 habentur V. H. ad quos referendi omnes, quorum commercium a
 legibus prohibuitur, & in quos quadrat illud Ciceronis *inorat. in*
Milon. Quis illo Te aditu, quis illo honore, quis deniq; communi
 salutatione dignum putet? Tales sunt Infames, quippe qui omnibus 81
 bonis atq; cordatis odio sunt, & ab omnibus fugiuntur ac deseruntur,
 eorumq; commercio excluduntur *L. 2. C. de Dignit.* ibi: quos infam-
 ia ab honestorum cœtu segregat. Freher. *de Existimat. lib. 3. cap. 24.*
n. 1. ideoq; a conviviis etiam ac symposiis arcentur. Freher *n. 4.* His 82
 annumerantur *Banniti*, qui omnia humanitatis jura officiorumq;
 vicissitudines, amittunt. *Gail. de pac. Publ. L. 2 c. 1. n. 25.* atq; *Excom-*
municati, cum quibus nulla debet esse conversatio, nullumq; hospi- 83
 talitatis & benevolentia officium *Dist. 2. Qu. 3. Gail. d. l. n. 16.* Zypæ-
 us *7. Pontif. nov. Tit. de sent. excomm.* ita ut qui eos colloquio, salu-
 tatione, vel osculo exceperit, minoris excommunicationis, vel pro
 circumstantiarum ratione, eandem qua excommunicatus affectus
 erat, incurrat pœnam *c. 15. 18. 29. x. de sentent. Excomm.* *Gail. de Jur.*
Publ. cap. 10. n. 5. Stryk. *diss. de civil. nociv. cap. 3. §. 9.* ibiq; citati. Si 84
 quis igitur hodiernis temporibus pristinos Electores Bavarum atq;
 Coloniensem forte fortuna alloquatur, tuto iis atq; citra laesionem
 Decori denegabit verba reverentialia, v. g. Gnädigster Herr/ vel:
 Unterthänigster Diener/ etiam si subditus fuerit, cum omnis reve-
 rentia, atq; subjectionis vinculum iis remissum sit. Multo minus au-
 terna

tem licebit eos appellare Electores, præsertim in Germania, cum dignitatem adeptam contra sententiam Imperatoris iis tribuere Germano licitum non sit, ideoque in Relationibus semper non nisi die gewesen Churfürsten salutari deprehendi. Extra Germaniam vero dicta non valebunt, quippe cum in externos se non extendat potestas Imperatoris, ideoque iis licitum maneat quibuscumque velint excipere encomiis Bannitis Imperii. Probo id exemplo Bavarorum, qui ad Electorem Bavarum scribentes, eum Electorem, & Jhr. Durchl. compellare solent, uti ex Relationibus notavi.

85 Pergo ad formam V. H. quæ in eo potissimum consistit, ut proferantur meræ civilitatis gratia, & alio penitus sensu ac intentione, quam qualem verba præ se ferunt. Exinde igitur patet, non confundenda esse verba nostra civilia 1) cum ea promissione quam Doctores J Nat. dicant *Nudam Assertionem*, si quis explicaverit animum qui nunc est de futuro vid. Grot. *L. 2. cap. 11. §. 2.* Pufendorf. *de J. N. & G. L. 3. cap. 5 §. 5.* Ad hanc enim ut vitio careat requiri solet, ut revera talis præsentis tempore nobis sit animus quem profiteamur; verba autem nostra honoris ad sui justitiam non requirunt convenientiam intentionis cum verbis, sed nudam civilitatem.

87 Neque 2) confundenda cum *promissione* quæ dicitur *imperfecta*, vid. Pufendorf. *ad l. §. 6.* in qua adest voluntas se obligandi, ideoque licet jus exigendi alteri non competat, attamen præstandi obligatio incumbit promissori Grot. *de J. B. & P. d. l. n. 3.* Hillig. *ad Donellum. L. 121. cap. 2.* quæ omnia secus se habent in promissione honoris causa facta vid. Pufend. *d. l. ibi: Huc spectant pollicitationes virorum potentum, aut gratiosorum, quibus alicui NB. non per verba honoris, sed serio suam commendationem spondent.*

88 At vero differentia hæc licet in se certissima sit, attamen externas hominum actiones si spectaveris, impossibile erit in foro civili has promissiones accurate ab invicem distinguere, id quod eo minus quoque necessarium erit, quoniam effectus eorum in judicio solus idem est. Ei vero qui interiora cordis scrutatur, & qui novit qua intentione proferantur, utique patebit, quid in conversatione actum fuerit, & is qui in foro externo vel assertionem, vel imperfectam promissionem in V. H. transmutat, a vinculo quo veracitatis Lege obstrictus erat, interno foro minime liberabitur.

Ad

Ad accidentalem V. H. formam spectant præsertim formulæ istæ quibus se invicem excipere solent Homines, & quas quotidie novis atque elegantioribus decorare solent ornamentis. Variâ circa hanc tradere solent Politici pariter atq; Moralistæ, dum certas ei Regulas constituere, ac ritum istum complimentorum in artem redigere student; uti ex libellis istis: *Complimentier. Büchlein. Französische Höflichkeit &c.* & Gallico: *L'art. de plaire dans la conversation.* patet. Qui tamen ineptitudine sua admodum laborare videntur, cum affectata ejusmodi civilitas atq; nimis artificiosa gratiam quam intendit plerumq; amittere soleat, & rideatur à Weisio in seiner *Complimentier Comödie.* Ad receptissimas formulas pertinet mos, quo honorationes non singulari sed plurali adeoq; multarum humanitatum numero compellamus, quem traducit Majol. *Dier. canicul. Tom. II. Colloqu. 6. p. m. 506.* ludicram de eo narrans historiam: *Qua quis cum solus esset in conclavi & parasitus quidam multa eum pluralitate adiret, iterum atq; iterum circumspectans respondit: Ceteros abiisse se solum esse. Cum vero ille negaret, se quenquam præter ipsum unum querere; hic percontatur; quot illic lectos videret? Cumq; unum duntaxat respondisset, & quæ tandem, inquit, temperie Te agitant, aut e qua popina nobis probe potus ades, ut ego Tibi non unus videar sed multi.* Sed obtinet hic illud: *Verba valent sicut nummi,* & quamvis videndum sit moribus præteritis, verbis tamen utendum præsentibus, suadente Gell. *1. Noct. At. 5*

His prælibatis, nunc de effectu quoque, circa quem præsertim sollicitos nos esse oportet, ante specialem tractationem præfari animus est, Generalem igitur ad quam in sequentibus semper recurrere liceat talem præmitto regulam: *Verba Honoris, vel nullam, vel non talem quam præ se ferunt inducunt obligationem aut dispositionem.* Vid. Bertachin. *Repert. P. IV. fol. 223. voc. verba Tusch. Lit. V. Concl. 123.* Alexand. *lib. VI. Consil. 237. n. 12. Zaf. ad L. 2. §. si liber Homo ff. de Condict. caus. dat. caus. non secut. Boer. Dec. 153. n. 38.* Joseph à Sesse. *Decis. Arragon. 182. n. 17.* Mantica *de Tac. & Ambig. conv. 5. tit. lib. 2. Tit. 4. n. 48.* Valquius *Controv. Illustr. L. 1. cap. 10. n. 20.* Limn. *J. Publ. L. 4. cap. 6. n. 74.* Klock. *de Contrib. cap. 7. n. 110.* Gail. *de Arrest. cap. 7. n. 13.* Myler. *ab Ehrenb. de Stat. Imper. cap. 101. n. 22.* Mager. *de Advoc. Armat. cap. 18. n. 220.* Zahn. *d. Mendac. L. 1. cap. 28. n. 3.* & complures alii ab his citati.

Sed

CAP. I. GENERALIA

20
 95 Sed cum autoritates non sufficient, deficientibus rationibus,
 96 iis quoq; veritatem atq; æquitatem Regulæ adductæ demonstrasse
 operæ pretium fore existimo. Ad hoc ergo ut firmiter quis obligetur
 ante omnia consensum requiri nec priusquam de eo constet, id
 quod inchoatum ad effectum perducı posse, *L. 53. ff. de O. & A.* utpote
 extra omne dubium positum, nemo negabit: Consensus autem cum
 potissimum consistat in animo, & sit affectio mentis, non prius certus
 fieri potest, quam de animo constet. Vafq; *Contr. ov. Illustr. cap. 52. n. 5. seqq.* qui licet verbis demonstrari soleat, non tamen ea demonstrari
 soleat, non tamen ea demonstratio est apodictica, sed probabilis tantum,
 Vafq; *d. l.* ideoq; si aliunde de vera mente constet, ea verbis
 præferenda erit *L. fin. C. quæ res pignor oblig.* imo verisimilis tantum
 propriæ verborum significationi antehabenda. *Mantic. de Tac. & Ambig. Convent. L. 2. Tit. 7. n. 4.* Card. Tusch. *Lit. V. Concl. 93* etiam
 si Contractus inutilis reddatur. *Mantic. d. l.* Quid igitur de V. H.
 pronunciandum, quæ placendi solum assentandi, adulandive animo
 prolata, non ut ad id quod sonant obligent? cum nempe intentio obli-
 gandi hinc absit, & sic substantiale obligationis requisitum deficiat,
 ipsa quoque deficiet obligatio: id quod certi juris esse dicit
Reulner. L. 1. Consil. 6. n. 65.

101 Neque alius J Naturæ iis tribuendus erit effectus. *Pufend. de J. N. & G. L. 3. cap. 5. §. 10.* verba enim quæ in vita sociali cum aliis commutamus,
 vel eo fine proferuntur, ut firmum vel ad omittendum, vel ad faciendum
 vinculum producant, & eo spectant promissiones perfectæ. Contractus,
 &c. vel eo solum tendunt, ut omnia in sermonis sono ejusq; intellectu
 inter colloquentes absolvantur, ad quæ referenda officia urbanitatis,
 veracitatis & modestiæ. Vid *Bodin. vindic. pactor. J. Rom. §. 2.* atq;
 102 horum classi præferri quoq; annumeranda veniunt verba nostra honoris;
 103 quæ igitur tantæ efficaciz non sunt, ut J Nat quempiam præter, nedum
 contra intentionem ad vitam trahant obligationem. Cumq; interno foro
 semper de mente loquentis constet, eo facilius quoq; hic ab obligationis,
 quam præ se ferunt verba, nexu erit liberatio.

CAP. II.

De Probatione Verborum Honoris.

SUM.

Ingressus. n. 1. Difficilis est probatio V. H. 2. seq. An per juramentum probari possint? 4. seq. An propria interpretatio hic locum inveniat? 6. seq. Cautela Thoma Sanchez. 8. Probantur V. H. conjecturis. 9. Que desumuntur vel a conceptione verborum. 10. sqq. Eorumq; communi significatione. 14. seq. Vel a personis ea commutantibus; ubi de Amantibus. 16. sqq. de Ebriis. 20. sqq. de Aulicis. 24. sqq. de Conversatione cum ignotis. 28. sqq. vel a qualitate actus celebrati. 29. sqq. vel a circumstantiis loci, v. gr. an in convivio facta. 31. sqq. Mos regionis inspiciendus. 34. sq. de gestibus. 36. Antecedentia quoq; & consequentia consideranda. 37. sqq. Apodictice probari nequeunt V. H. 39. seq. Non obstat V. H. Renunciatio. 42. sq. Nec juramentum. 45. sq. Nec acceptatio seria. 48. sq. Nec junctio manuum. 50. sq. Nec geminatio verborum n. 52. De contrariis V. H. 53. seq.

FRustra de effectu rei alicujus quaerimus, si ignoramus, an revera ita se habeat, uti narrata: ideoq; in criminalibus prius corpus Delicti, in Contractibus instrumenta, in aliis actibus alias circumstantiis quibus evidentiæ actus gesti probatur, consideramus, quam de pœna vel jure partium sumus solliciti. Idem itaq; ordo mihi de V. H. eorumq; effectu in jure acturo, servandus videbatur, ut præiens sequentibus præmitterem capitibus, & quaestionem de probatione ante alteram de obligatione tractarem.

Cum autem ex sola mente proferentis dijudicandum sit, an Verba Honoris adhibita fuerint, difficillima erit eorum probatio, imo quasi impossibilis. Mascard. de probat. Vol. 1. Concl. 94. ibiq; citat. In dubio namq; semper ei obstat Regula: *Verba Honoris non presumuntur* quippe cum verba naturaliter potius & proprie accipienda sint quam civiliter & fide Brannem. *Consil. 116. n. 6.* nec facile à priora eorum significatione recedendum *L. 69. pr. ff. de Leg. 3.* ideoque interpretatio quæ ab iis discrepat extranea dicatur & rejicienda, ab Oraculis quondam Jctorum Bartol. *ad L. 4. ff. de appellat. & Bald. ad L. 3. C. Comminat. Epist. in fin.* Accedit, quod nemo contra intentionem locutus credatur *L. 7. §. 2. ff. de suppellect. Leg.* & si ambigue locutus fuerit, contra eum interpretatio facienda sit, qui clarius loqui debuisset *L. 39. ff. de Pact. Mey. P. III. Dec. 30. n. 4.*

- 4 Neque hic juvabit confugere ad juramentum, asserendo. Et wolle schwehren/ daß er es nicht in Ernst gemeinet habe. Quamvis enim per juramentum animus probetur, eaq; probatio dicatur certissima, Mascard. *Concl. 94. n. 5. Et 6. Gail. L. 1. O. 106. n. 5.* ea tamen ad eum minime pertinent casum, si quis in propria causa obstante presumptione juris ad illud se offerat Mascard. *d. l. n. 20.* quippe cum nemo in propria causa testis esse possit *L. 10. ff. de Test.* ideoq; nec assertioni juratae credatur ejus qui alium verborum suorum sensum dicit, quam Adversarius, qui inde jus aliquod sibi quaesitum esse praetendit. *Mev. P. VII. Dec. 341.* Si vero Judex super genuino verborum sensu, judiciale, vel pars parti voluntarium deferat juramentum, quin iis verba honoris probari queant, nemini ullum erit dubium.
- 6 Faciliorem autem animi probationem suppeditare videtur proverbium notissimum, quo: *unusquisq; optimus verborum suorum interpret* dicitur. Verum licet id in casu ubi actus a solius loquentis voluntate dependet, procedere concesserim, aliunde tamen interpretatio sumenda, si alterius jus simul sub eodem verferetur. *Mev. P. VII. Dec. 341.* Pactorum enim atq; Contractuum fides admodum infirma mox plane concideret, si cuilibet quem vellet verbis suis sensum affingere, & quae serio acta sunt, si ad obligationem ventum, in honoris verba transmutare liceret, dicendo: *Es wären nur Compliments* gewesen. Vid. Soto *de Just. & Jure lib. VII. Qu. 1. Art. 2.* cumq; quotidie novae ab hominibus quarantur latebrae, quibus firmiter obligati elabi possit, porta omnis generis fraudibus atq; sophismatibus quam latissime patefieret, si arbitraria interpretatione, verba sua explicare valerent.
- 8 Difficilis igitur manet intentionis probatio; quam ob causam Cautelam suppeditare videtur Thom. Sanchez, *de Matrim. L. 1. Diss. X. n. 27.* ut nimirum is qui sicte promisit, certusq; est se ex promissione non teneri, si à Judice interrogetur, neget se promississe, ne si fateatur, cum intentionem probare nequeat, cogatur ad praestationem promissi: Neque id illicitum esse, cum idem sit negare promissionem, ac dicere se non serio promississe.
- 9 Sed cum adducta cautela variis partim subiaceat dubiis, partim insufficiens sit, cum de verbis sepiissime constet, eaq; negari nequeant, intentio vero maneat incerta, hinc is à quo talia verba pro-
- fecta

VERBORUM HONORIS.

23

fecta sunt, adversam sibi præsumptionem aliis modis elidere opus habet. Dum autem certa & indubitata esse nequit probatio V. H. sufficit si fiat per conjecturas & verisimilitudines: *L. 5. § 6. ff. de Re Militar. ibi: sed hoc licet liquido constare non possit, argumentis tamen cognoscendum est.* Sed varia hic pro circumstantiarum varietate locum inveniunt conjecturæ, quæ potissimum desumendæ erunt, vel (1) à conceptione verborum, vel (2) à Personis verba commutantibus, vel (3) à qualitate actus celebrati, vel (4) à circumstantiis loci, temporis, aliisque similibus. De quibus singulis brevibus nonnulla annotare operæ pretium erit.

Ad verba eorumq; tenorem in conversatione omnium primo 10
respicendum. Ea igitur si in sermone ita sint comparata, ut in valde generalibus complacentiæ terminis concepta sint, & ad specialem aliquam obligationem commoda interpretatione trahi nequeant, tum certe non serio sed honoris causa ea prolata esse dicendum erit *Mev. Consil. 41. n. 11.* Præterquam enim quod in generalibus & 11
incertis dictis ac pollicitationibus nullus plane est intellectus. *Bald. Lib. III. Cons 218. verb. In verbis autem sp. cialibus.* voluntas certe talia loquentis verosimiliter non fuit, sub generali officiorum suorum, promissione ad omnia quæ alteri placent in specie se obligandi; cumq; jura semper interpretationem eam fugiant, quæ ad infinitam tendit obligationem, formulæ tales non judaice aut secundum corticem intelligendæ sunt, sed commode & civiliter interpretandæ: *Hering. de fidejussor. Cap. X. n. 189. Vid. L. 9. ff. de servitut. L. 3. pr. ff. de Oper. libert. ciq; qui ad generalem inde argumentatur obligationem, optimo jure reponi poterit illud: sufficit Amico in paucis gratificari. L. Tutori 20. C. d. Neg. gest. Unde facile de his judicare licebit, quid valeant: Omnia mea bona tua sunt; facias de iis ad placitum tuum; ad cuncta servitia paratissimus sum, &c Bertachin. Repert. J. P. IV. fol. 123. Boer det. 153. n. 38.* 13

Uterius circa verba communis eorum significatio confide- 14
randa est, & sermo intelligendus, non ex proprietate grammatica, sed ex populari usu. *Grot. de J. B. & P. L. II. Cap. 16. § 2.* Etenim si formulæ istæ ceremoniosæ quibus quotidie utimur, secundum id quod sonant accipienda forent, parcius in vita communi eas audireum iri crediderim; cum autem grammaticum intellectum & nativum

CAP. II. DE PROBATIONE

24

nativum rigorem immemoriali praescriptione apud gentes moratiores amiserint, ideo mens quoque illas proferentis non proprie, sed secundum communiter receptam significationem intelligenda: e contra is ridendus, qui ad obligationem sibi inde enatam concludit, de quo vulgo: Er kan ein Ehren-Wort verstehen/ dicere solemus. Et 15. ei qui hisce utitur, praesumptionem id honoris causa dictum, asfiteri, alteri vero jus inde praetendenti, contrarium probandi necessitatem incumbere, omnino existimo. Communis enim usus loquendi est optimus dictorum scriptorumque interpres, & genuinae sermonis proprietati praefertur. *l. 52. §. 2. ff. d. leg. III. l. 7. §. 2. ff. de supellect. leg.* Freher. *de fam. publ. l. 1. c. 2. n. 5. seqq.* Anton. *de Rescr. morat. concl. 50. n. 52.* Mod. *Pistor. l. II. cons. 27. n. 22.*

16

Sed praeter verborum conceptionem non parum quoque ad V. H. probanda conferet, si ad personas verba commutantes respiciamus; & quamvis seriorum speciem praeseferant, attamen si a tali, a quo communiter honoris verba proficisci solent proferantur, saepiuscule exiade interpretationem recipiunt; quo pertinet. *l. 5. §. 6. ff. de Re Militar. l. 13. §. 1. ff. de Usur. c. 8. X. de R. Jur. c. 14. C. 11. qu. 3.* Menoch. *de praesumpt. Lib. III. praef. 122. n. 101. seqq. 104. & 109.* Meirich. *de simul. Nupt. Cap. 3. n. 8.*

17

Ex ejusmodi autem personis primum locum merito occupant Amantes. Quippe quorum sermo cum raro cohareat, atque lingua maximam amoris conciliandi vim habere dicatur, hinc faciles admodum in blandiendo laudando, promittendo illos deprehendimus, & Juvenes tam masculos quam foeminas, scripta amatoria, Romanensia, &c. toties pervolvere cernimus, quo elegantiores sermonum formulas ex iis addiscant, adeo ut quos talia ignorare aut negligere vident, eos merum rus sapere illico judicent. Ab his igitur

18

prolatas verborum lautitias, quis serias pronunciaret? Etenim quae ex amore dicta, deliberato dicta non esse certo certius est, cum amoris speciem habere dicatur. *Nov. 74. cap. 4. pr. imo quae ex amore fuerint, coacte fieri jocatur Menoch. de A. 7. Qu. 328. n. 7.* Unde in Delictis ob amorem delinquentes excusantur & mitius puniuntur. *Tusch. Lit. A. Concl. 327.* quod variis exemplis comprobatur *Richter P. 1. Dec. 1. n. 180. seqq.* licet quoad homicidium dissent *Gail. L. 11. O. 110. n. 23.* Multo magis itaque in casibus Delicto carentibus mitius cum tali



tali amoris subdito agendum erit, & quæ ex improvifo amoris impetu sine deliberatione dicta sunt, ex animi qualitate qui perturbatus & sui compos non fuit, explicanda sunt, & hinc foeminae quoque prudentiores pro simplicibus habent eas, quæ persuasionibus istis amantum facile fidem tribuunt. Non tamen ad omnes Amantes, vel cunctas illorum adiones dicta applicari velim; ne concludi liceat, nihil ab iis ferri agi posse; cum sponsalia, Nuptiæ, donationes sponsalitiæ & largitates nuptiales non alium fontem quam amorem habeant. Secus enim se res habet, si quis præmediate ex causa amoris aliquid dicat vel promittat, & animus deliberatus ex antecedentibus, comitantibus aut sequentibus factis aut solennitatibus colligi possit; quo casu præsumptio V. H. cessabit, & alteri firmiori postponenda erit.

Succedant his *Ebriis*: in quibus cum merum loquatur, & linguam dirigat, mens autem in exilium acta sit *c. 15. X. de vit. & hon. Cler. & velut medicamine quodam loca mota Pufendorf. de O.H. & C. L. 1. c. 9. §. 10.* consensus inde verus & deliberatus proficisci nequit. Quare si quis ebrius promisit, cujus sobriium poenitet, is à promissione discedere, & à Judice absolvi poterit. Vid. Reusner. *Lib. 1. conf. 6. n. 18.* & ebrietatem similiter ut amorem, in Delictis poenam mitigare pleriq; asserunt Doctores. Menoch. *de A. J. Q. L. II. c. 4. Cas. 326.* Reinking. *de R. S. & E. L. II. cl. 1. c. 8. n. 24. seqq.* Carpz. *Pr. Crim. P. III. Qv. 146. n. 33.* quamvis nec desinat, qui non mitigandam, sed aggravandam esse poenam contendant. Vid. Hering. *de fid. j. ff. cap. 7. n. 124.* Gail. *L. II. O. 110. n. 36. seqq.* add. Reuterbestallung *de A. 1570 §. 50.* Dicta vero de summa atq; consummata intelligenda sunt Ebrietate, cum nobis in præsentia materia sufficiat leviuscula inebriatio, vulgo: ein halber Rausch; & quod hilaris bibendo animus redditus sit, vulgo: Sie haben ein spitzgen. Etenim licet in talibus computationibus ratio vel nihil parum detrimenti capiat, magis tamen consveto Homines lætabundi evadere, & sæpe plus quam vehementer ebrii joculari solent. Nec unquam officiosorem, ad servitia proniorem hominem apprehendes; Manus presant, oscula præbent amicitiam, fraternitatem stipulantur, aureos montes pollicentur, sed plerumq; non ut presant sed jactionis causa. Hic igitur quam maxime V. H. præsumptio locum habebit, cum non ex luxuria, aut deliciis, sed potius ex justa & honestate.

CAP. II. DE PROBATIONE

- 26 honesta affectione contractus æstimari oportere, egregie doceat Ulpianus, in *L. 16. pr. ff. de manumiss. vindict.*
- 24 Misſis his ad aulas Principum atq; Magnatum pedem promoveo, in quibus speciosa venerantium obsequia certantesq; mutuo
- 25 mentientium blanditias abunde satis deprehendere licet. Si enim sermo cum Principe & Viro magnæ existimationis habeatur, aliter verba flexenda esse, quam si cum æquali colloquimur, decori ratio exigere videtur: Unde in ejusmodi conversatione, multo prolixiores atq; frequentiores servitorum oblationes, nec non exquisitores
- 26 verborum delicias confingere solemus. Neq; enim omnes Principes more Alexandri Farnesii, quem laudant Fam. Strada. *de Bell. Belg. Dec. 1. L. 9 p. m. 628.* personatas istas nugas cum risu spectant, aut rebus intenti officiorum inania transmittunt, potius politicorum ac Aulicorum nomine indignos judicant, qui verborum honoris nimium parcos se exhibent: ideoq; Alciat *Parerg. Jur. L. II Cap. 12.* denominationem verborum curialium inde petit, quod in curiis Principum Aulici plerumq; aliud sentire aliud loqui soleant. Probis tamen Aulicis cavendum, ne licita honoris atq; reverentiæ verba in adulatoria vel assentatoria degenerent, monent Peller. in *not. ad Polit. sceler. cap. 13.* & Fritsch. *de peccat. Aulic. Concl. 8 seqq.* In specie vero de adulatione in titulis prolixè satis egit Limn. *7. P. L. IV. c. 6.* Conf. Besold. *Tbesaur. Pract. Lit. T. n. 21.* & Dietherr. *in addit.*
- 28 Non exiguum etiam ad dignoscenda honoris verba confert momentum, utrum sermo cum noto, an cum ignoto sit collatus? quippe cum experientia comprobet illud Martialis *Lib. 1. Epigr. 157.*
- Cum Te non nossẽm, Dominum Regemque vocabam,*
Cum bene Te novi, jam mihi Priscus eris.
- & quotidie contingere soleat, ut si forsan in quenpiam antea nobis non visum incidamus, eum quia bene vestitus erat, aut Nobilem aut Dominum vocemus, etiamsi aut sutorem, aut tonsorem esse postea deprehendatur. vid. Galate. *d. mor. cap. II.* Plerumq; etiam majorem urbanitatem exhibemus peregrino, quam noto aut amico; nec quenquam in primo congressu de se vel suis obligandis cogitasse, sed verba potius complacentiæ causa prolata fuisse præsumendum erit. Nisi tamen contrahendi gratia convenerint; Sic enim inter ignotos quoq; verba seria atq; contractum firmitantia commutata fu-
- isse,

isse, præsumendum est. vid Hopp. *Dissert. de Jur. Ignotorum (quæ sere tota in aliam sub eodem titulo Præsid. Dn. Hebero, & Resp. Dn. Lingk Wittebergæ habitam transscripta est.)*

Consideratis igitur Personis, in quibus blandiendi animus præsumi solet, nunc ipsius negotii vel actus gesti qualitas inspicienda nobis quoque erit. Multum enim ad accuratam mentis investigationem conferre, si sciamus qualis actus celebratus sit, certissimum est; quippe cum secundum ejus naturam verba quoque quæ in eo adhibentur, interpretationem suam recipiant. *L. 4. pr. ff. de usur.* semper enim intelligenda sunt eo respectu, & ad eum finem, ad quem proferruntur: ad eamque rem restringenda, de qua commutantur. Cravett. *Consil. 16. n. 5. & Consil. 171. n. 13.* & hinc nonnunquam impropriari solent, ut intelligantur secundum naturam actus. *L. 4. pr. ff. Loc. Cond.*

Unde talem elicimus Regulam: *si totus actus honoris causa gestus, verba quoque in hunc finem adhibita censentur.* Facilis exinde Decisio, quid de Panegyricis, Laudationibus funebribus, literis gratulatoriis, amatoriis, laudatoriis, officiosis &c. ejusque generis carminibus dicendum sit. Verum nempe est dictærum: *Pictoribus, Oratoribus atque Poëtis omnia fingere licet.* Et encomia ac adulationes totis plaustris advehunt, ac pro cathedra recitant, eam autem egressi, sciscitanti, quid sentiant respondent: *Dixi h. e. oratoria, non feria verba feci.* De Poëtis similiter notissima eorum licentia est, obliquis figuratiombus, variisque coloribus leporem atque decus carminibus suis addendi. Zahn, *de mendac. L. 1. cap. 20.* quæ feriorum effectum in jure nunquam fortientur.

Denique ad alias quoque circumstantias, loci, temporis, gestum &c. respiciendum erit diligenti verborum interpreti. Cum non parum referat ad dubiam quæstionem decidendam, quo loco quid actum, Cravett. *consil. 185. n. 10.* & multum referat temporis actus gesti rationem habere. Barbof. *Loc. Com. Lib. XIX. cap. 9.* nec minus animum ex gestibus loquentis dijudicari posse certum sit. Juvabit igitur accurate quoque has inspicere circumstantias ut eo certiores simus. Sic cum in conviviis aut symposiis raro conveniamus, ut serios sermones de rerum alienatione, vel juris nostri translatione misceamus, sed ut hilariter vivamus, & quæ eotendunt loquamur, omnia quæ ibi dicta sunt, præsertim accipi nequeant,

- queunt, sed ut plurimum præsumptio quoque pro verbis honoris militat Vid Wesenbec. *Comm. ad §. 1. 1. de milit. test. ibi: quales solent esse sermones convivales.* Vinn. *ad §. 1. ibiq; Dd. communiter.* Hinc quæ ibi dicta sunt, ad juris necessitatem non trahenda, sed causa cognita plerumq; ignoscuntur. Alciat *Parerg. Jur. Lib. II. cap. 12. & Plato non vult obligationem ex promissis in familiari sermone, aut convivio factis induci, sed ita demum, cum ibi contrahitur, ubi contractus serio celebratur citant Reufner. L. 1. Conf. 6. n. 65. ideoque Martialis non immerito Procyllum quendam ridens, qui inter pocula postridie cœnatum venire iussus, serio aderat, Odi, inquit, memorem sompnoſorem.* Et apud Majores nostros Germanos, sermones convivales ad obligationis vinculum tracta non fuisse, testatur elegans locus Taciti *de mor. Germ. cap. 22. Sed & de reconciliandis invicem inimicis & jungendis affinitatibus, & adsciscendis Principibus, de Pace deniq; ac bello plerumq; in conviviis consultant; tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magna incalſcat: gens non astuta nec callida, aperit ad hæc secreta peſoris licentia loci. Ergo detecta & nuda omnium mens postera die retrahatur, & salva utriusque temporis ratio est.*
- 34 Mos quoq; Regionis ubi conversatio habita respicienda erit, juxt. Fabr. *ad d. §. 1. 7. de Mil. Testi* si enim prout ante dictum, ex populari usu loquendi interpretatio verborum repetenda est, is quam maxime ex usu loci in quo versamur probari poterit, juxta illud: *Ländtlich) Sittlich.* Et verba ad placitum locorum significant, Tholosan. *in method. parv. cap. 7. n. 4.* unde Plato verborum usum a Populo sumendum esse dixit & omnis intellectus extraneus esse dicitur, qui non consonat auribus vulgi, Decian. *Lib. V. conf. 89. n. 46. Alexand. lb. VI. conf. 102. n. 13. Carpz. L. VI. Tit. 6. Resp. 61. n. 13 & 14.*
- 35 Hinc si in regione quadam frequentiore verborum honoris usum receptum esse appareat, frequenter ea quoq; in commercio ibidem celebrato adhibita fuisse verosimile est, & quæ hic loci seriorum speciem præ se ferunt, alibi civili usu verborum naturam induere poterunt
- 36 Circa gestus observandum an honorificentia aliqua testimonia conversationi accesserint, v. g. pilei detractio, manuum submissio, genuum flexio, vel quibus alias reverentiam alteri contestari solemus; his namq; probatis, verba quoq; honoris intercessisse improbabile non est.
- Porro

Porro ex antecedentibus haut raro probatio V. H. desumi poterit; ideoq; & illa probe in hac materia consideranda erunt. Mihi sufficiat adduxisse Quæstionem: An exinde probentur V. H. si quis antequam promittit, protestetur, se quæcunq; dicat, vel pollicetur, non serio nec animo se obligandi dicturum vel polliciturum, postea vero nihilominus promittit? Tractat hanc quæstionem Constantin, Roggerius *Tract. de protestat. §. 3 n. 21. sqq.* varias ibidem adducens distinctiones, an altera pars in eam consentiat protestationem, an vero non; An factum dependeat a mera voluntate protestantis, an vero à voluntate protestantis & alterius. It. an factum & protestatio simultanee gesta sint an separatim vid. n. 22. seq. Mihi hæc distinctionibus opus minime esse videtur; cum de eo solum quæretur, an indicium ad probanda V. H. faciat ista protestatio, quod negari nequit, etiam si altera parte ignorante vel non consentiente facta fuerit; quamvis quoad firmitatem, infirmitatemve hujus indicii multum conferat consensus atq; acceptatio partis alterius.

37

Deniq; ad consequentia quoq; respiciendum est; quo potissimum pertinent ea, quæ in continenti sunt Bald *ad L. 22. in fin. C. Mandat.* hinc si quis promittens, cum ab altero dicta serio acceptari audiat, statim protestetur, er hätte dieses nicht aus Ernst geredet/ send in es wären nur complimenten gewesen/ sine dubio inde V. H. præsumptio elicit poterit.

38

Tantum de criteriis V. H. annotasse sufficiat, reliqua eaque quam plurima pro varietate circumstantiarum, quarum minima applicationem juris variat, prudentis Judicis arbitrio committo. Huic enim potissimum incumbit, ex antecedentibus, comitantibus, sequentibus dijudicare, verusne an simulatus se obligandi adfuerit consensus. Menoch. *de A. J. Q. L. II cas. 247. n. 1. seqq.* Card. Tusch. *Lit. S. concl. 260. n. 2. & 262. n. 2. 3. 4.* Neq; etiam hæc à me suppeditata pro certis atq; indubiis accipienda velim criteriis, quibus animus hominum certo probari possit; Is enim, cum soli Deo cognitus sit, apodictice ab Homine demonstrari nequit Vasq. *Contr. Illust. Cap. 52. n. 5. & cap. 62. n. 16. seq.* sed uti supra n. 9. dictum, conjecturæ tantum sunt, quibus verosimiliter animus indicetur; quippe quæ in præsentia materia sufficient; quoniam præsumptiones & conjecturæ invicem unitæ, ubi plena probatio haberi non potest, ejus vim habent,

39

40

CAP. II. DE PROBATIONE

- 30
 bent, ut ex iis judicari possit. *L. 14. ff. de Scl. Syllan. atq; unum verifi-*
mile alteri additum plene probare dicit Decius Confil. 596. & Judicem
credere posse conjecturis quando plures sunt. Tusch. Lit. P. Concl. 795.
 41 Quapropter licet pro certissimis haberi nequeant criteriis, ejus ta-
 men ad minimum erunt efficaciaz, ut istiusmodi præsumptionibus
 adjutus ad juramentum purgatorium admitti possit vid. Stryk. *d. J.*
Blandit. cap. 2. §. 51. Rhet. diff. de J. virg. cap. 5. §. 4. imò nonnun-
quam probationem seriæ mentis in Adversarium transferat.
 42 Finem præsentì imponerem capiti, nisi nonnulla adhuc de con-
 trariis probationi V. H. addenda restarent; pleraq; tamen eorum
 ita comparata sunt, ut videantur contraria esse atque probationem
 nostram impedire, sed revera non impediunt. Huc spectat I.) *Renun-*
 43 *tiatio V. H. Hæc sive fuerit generalis sive specialis, exceptionem si-*
mulationis, verborum honoris, rei non sic sed aliter gesta &c. mini-
me tollet. Mascard. de probat. Vol. 1. Concl. 447. n. 24. seqq. & Vol. III.
concl. 1271. n. 23. Tusch. Lit. S. Concl. 263. n. 53. eodem namque animo
quo quis negotium gerit, etiam renuntiationem adjicit; Mascard.
Vol. 1. Concl. 438. & causa simulata necessario quasi contagio trahit
quicquid ei accesserit, uti Doctores communiter statuunt. Coler. de
Process. exec. cap. 10. n. 223. seqq. Christin. vol. 3. Dec. 30. n. 7. Trentacinq.
 44 *L. 1. Resol. 5. Tit. de simulat. n. 4. Nec insolitum in conversatione ci-*
vili formulis honorificis addidisse protestationem: se ista non ut auri-
bui serviat, sed serio dicere. Er flarire nicht/ sondern meine es so von
Grunde des Herzens/ longe tamen à verbis discrepante interiori
cordis. Magis tamen forte stringet ista Renuntiatio, si ex interval-
lo fiat, cum sic novus consensus intercessisse, & à simulatione reces-
sus videatur. Tiraquell. de Retract. Convent. prefat. n. 7. Mascard. diff.
Concl. 1271. n. 23. seqq. nisi tamen & hic verba aperto de alia mente ce-
stentur.
 45 Majorem tribues effectum II.) *Juramento, si quod promissio-*
ni vel officiorum oblacioni accesserit, quippe quod non debet esse
 46 *frustratorium & sine effectu. Schurrf. Cent. 2. conf. 67. n. 17. & omnem*
simulationem excludit. Alex. Vol. II. Confil. 36. n. 3. Verum enim ve-
ro si aliunde de intentione adulandi simulandive constet, ex jura-
mento nullum robur capiet promissio, sed hoc & ipsum simulatum
præsumitur. Tiraquell. de J. Confit. Poss. ff. P. ill. L. m. 7. n. 72. cum
 qui

VERBORUM HONORIS.

31

quis plerumq; eadem facilitate juret, qua promittit Nevizan. *Conf.*
 22. n. 10. Hering. *de fid. juss.* Cap. VI. n. 297. Quin tamen qui juramen- 47
 tis ac execrationibus ad inanem civilitatem demonstrandum uti-
 tur, insignem incurrat reprehensionem dubitandum non est; quippe
 cum iis non ut taxillis ludere, sed ad serii actus confirmationem re-
 ligiosa piaq; mente uti debeamus; talemq; præsertim quoq; mere-
 tur mos iste perditissimus amantum, quo horrendis juramentis a-
 morem suum contestantur, atq; illud falsissimum ingeminant:

Jupiter e caelo perjuriam ridet amantum.

Neq; magis V. H. obstabit III.) *Acceptatio seriae* ab altera parte fa- 48
 cta. Seria namq; acceptatio nihil efficit absq; præcedente seriae ob-
 latione; cumq; ea non ex se producat obligationem, sed præsuppo-
 nat factum præcedens, ideo si hoc nullum est, ipsa quoq; erit nulla;
 neq; cuiquam licebit ex propria mente alterius mentem interpreta-
 ri. Videtur quidem dictis obstare Regula, circa stipulationes tradi 49
 solita: *Quoties alterutra vel interrogatio, vel responsio dubia, altera vero*
certa, toties dubia interpretatur ex certa. add. Excell. Dn. Præf. *Synops.* 7.
Priv. de V. Oblig. n. 24 ita ut concludere queas, sufficere ad firmam
 obligationem si acceptatio fuerit clara, atque seriae, licet promissio
 præcesserit dubia & honoris causa facta. Sed responsio ad ea facillima
 est, quippe cum allegata Regula tum quidem procedat, si dubi-
 um de re vel facto promissio oriatur, non vero si de ipso consensu du-
 bitetur, qui si incertus sit, etiam perfectissima stipulatio non valebit,
 nec vel maxime seriae aut perspicua acceptatio quicquam efficiet,
 uti in *Cap. 6.* demonstrabitur.

Sed qualis effectus tribuendus erit IV.) *Junctioni manuum?* 50
 Joseph. à Sesse *Decis. Arragon. Tom. 2. Dec. 182. n. 21.* summopere hunc
 morem ad validitatem Contractus facere, imo dationem dextræ
 vim juramenti habere existimat. Cui mos Germanorum qui fidem
 manuum junctione firmare solent, dicendo: *Da hastu meine Hand*
dar auf responder: Sed hæc si in eum finem facta, ut firmiter contra- 51
 hentes obligentur, effectu suo non carebit; Attamen si de eo non
 constet, cum tales ceremoniæ indifferentes quoq; sint, & tam in ali-
 am finem, v. g. familiaritatis gratia, quam ad serii consensus demon-
 strationem adhiberi solita, parum certe ad V. H. præsumptionem
 excludendam conferre poterunt.

Nihil

CAP. II. DE PROBATIONE

- 32
- 52 Nihil quoq; iuvabit ad firmiter obligandum hominem officio-
sum, seu complimentosum V.) *Geminatio Verborum*. Quamvis enim
geminatio de enixa mente & præcisa intentione testari dicatur. Ro-
land. à Vallè *Vol. II. Conf. 61. n. 15. 16.* & magis operetur quam sim-
plex promissio. Hering. *de fidejussor. cap. 7. n. 741. seqq.* & Doctores *ad*
L. 32. ff. ad Sc. Trebell. ea tamen si seria mente facta concedenda;
non vero si geminatio æq; ac prior promissio honoris causa facta fu-
isse probetur; cum sic, etiam si ex intervallo facta, non seriam, sed
magis adhuc blandientem probet mentem.
- 53 Firmius vero contra V. H. præsumitur, si promissioni acc-
derit traditio rei promissæ: inchoatio enim operis factiq; promissi seriam
deliberatamq; promissionem denotat. Wesenbec. *Paratit. de pollicit.*
n. 2. ideoq; is qui sine causa promisit, cum regulariter non teneatur,
firmiter obligatur, si cõperit solvere pecuniam, vel opus facere,
quod promiserat. *L. 1. §. 2. & 3. L. 6. §. 1. ff. de Pollicit.* Althuf. *Dicæolog.*
L. 1. cap. 88. n. 42. Cessabit igitur plane V. Honoris præsumptio, ubi
factum iis contrarium adest. Quam maxime etiam iis obstat, si a-
ctus accedentibus testibus, vel solennitatibus celebratus fuerit, vel
instrumenta super eo concipiuntur; quæ omnia evidenter animum
ferium atq; deliberatum demonstrare solent. Nisi obligatio sit in-
valida, propter generalitatem rei promissæ *L. 115. pr. ff. de V. O.* De
quibus prolixiorum discursum facile foret concinnare, nisi temporis
ac spatii mihi habenda esseratio. Progredior itaq; jam ad Caput
sequens.

CAP. III.

De Usu & Effectu Verborum Hono-
ris in Jure Publico.

SUMMARIA.

Ingressus. n. 1. Imperator dicitur Invidiosissimus. 2. seqq. Nec non Semper Au-
gustus. 9. seqq. Statu eum dicunt Dominum Clementissimum. 12. seqq. An
inde ad Monarchicam Imperii formam argumentari liceat? 14. seqq.
Falsa Regis Gallie argumentatio. 19. seqq. An ex formula unterthänigst
probeatur subiectio. 22. seqq. Exemplum V. H. in Comitibus ahibitorum.
25. seqq. Pontifex non parvus est V. H. 31. Se dicit servum servorum Dei. 32
seq. Principes quoque variu excipit encomiu. 34. seq. Imperatorem dicit
Noftrum

CAP. III. DE USU ET EFFECTU &c.

33

Nostrum. 36. sq. Status ab Imperatore compelluntur Nepotes & consanguinei. 38. seqq. De more Regum Principumq; se Fratres salutandi. 45. seqq. Cause in quibus potissimum. Civilitatem sibi invicem exhibent Principes enumerantur ex Seckendorf. 52. seq. Erga Inferiores quoq; V. H. ut solent Principes. 54. Huc spectant simulacra Imperii. 56. seq. Preces Principum. 57. sq. De effectu V. H. inter Principes. 59. Distinctio in V. H. curialia. 60. sqq. Et arbitraria. 63. Cura Principum circa V. H. 64. sq. An deceat Principem disceptare de subtilitatibus verborum? 68. sq. Quibus modis sibi consulant Principes in receptione V. H. 70. sq. Nolle debet Minister Principis titulos eorum ad quos scribit. 73. sq. Accurate quoq; solent observare per quos annuncientur V. H. 75. sq. It. qua lingua debeant proferri. 77. sq. Legatos potissimum harum subtilitatum gnaros esse oportet. 80. sqq.

P Principibus solennem quoq; esse morem verbis se excipiendi honorificis, abunde constabit illi qui acta publica vel leviter oculis perlustraverit. Præsertim autem hodie seculo civilitas eorum, supremum attigisse cacumen videtur, quo maximum sæpe temporis spatium disceptationibus de inanibus verborum formulis teritur. Hinc operæ pretium duxi, nonnulla quoque, de maxime solennibus Principum, tam circa compellationes, quam circa negotia alia, verborum formulis, quatenus præsentem concernunt materiam, confignare.

Initium faciam ab Imperatore nostro, qui, uti præminentiam obtinet præ ceteris Monarchis ita majoribus quoq; eos præfulget encomiis, quod ex consueto patescit titulo quo: *Imperator Serenissimus, Potentissimus, Invictissimus*; vulgo: *Allerdurchleuchtigster / Großmächtigster / Unüberwindlichster Kaiser*; dicitur. Quorum ultimum præsertim encomium nostræ hic erit considerationis: cum reliqua splendori atq; potentia Imperatoria optimo jure convenire negari nequeat; hoc vero præter insignis honorificentia testimonium non continere, certum sit. Veritati enim id contradicere, nec Cæsarem invincibilem, nedum invictissimum merito suo dici posse, tot infelicia bella ac Aquilæ divulsiones abunde testantur; nec minimam exinde præ ceteris Monarchis prærogativam sibi assignare valebit, cum atq; ac illi fortunæ subjectus sit mutationibus. Nec juvabat cum

Limn. 7. Publ. Lib. II. Cap. 6. n. 10. dixisse, Imperatores ita compellari,

E

non

34 CAP. III DE USU ET EFFECTU VERBOR.

- non quod tales omni tempore sese exhibuerint, sed ob votum quod eos semper invictos esse vult. Etenim si mentem plerorumq; tali encomio utentium consulas, nemo eorum facile invincibilem sibi optabit Cæsarem, sed potius pro more atq; honoris causa, quam ex vera animi sententia Eundem Invictissimum appellabunt. Originem hujus Tituli temporibus Tiberii Augusti tribuit Becman. *Synagm. Dign. Illustr. Diss. 1. Cap. 4. §. 14.* At in Germania nostra ante Carolingos auditus non est, & Bœclerus ex Myreo primum hunc ab Ottone M., qui *Invictissimus Imperator Augustus* dictus, deducit, vid. *Notit. S. R. 7. Lib. IV. cap. 1. p. 44.* Curialem autem ejus receptionem quod attinet, ea in Imperio nostro certissima est, & ex instrumentis publicis passim constat. Vid. Winterfeld *Ceremon. Polit. passim.* Puffendorff *de Reb. gest. Friderici IV. & Alberti L. XI. §. 51.* ibi: *postquam inter Serenissimum Potentissimum & Invictissimum.* Sed si cum exteris agatur, pleriq; hunc Imperatori denegant titulum. Equidem ab Angliæ Regibus Eum hoc etiam encomio mactari satis edocent Epistolæ Caroli II Regis Angliæ in causis pacis Neomagenensis ad Imperatorem scriptæ, & hæc formula inchoata: *Carolus II. & c. Serenissimo Potentissimo, & Invictissimo Principi ac Domino, Domino Leopoldo & c.* in contextu vero, *Serenissime, Potentissimo & Invictissime Princeps.* Vid. *Act. Pac. Neomag. Tom. 1. pag. 26. & 156.* Ordines quoq; fœderatos Belgii tali stylo uti notat Feltem, *de Tit. Hon. Lib. 1. cap. 53. §. 12.* Sed reliquos Monarchas hunc morem secutos fuisse, nusquam reperire licuit; Præsertim Rex Galliarum, qui semper primatum Imperatori invidet, & hinc in pace Neomageni similem cum eo titulum (nempe *Imperatordurchlauchtigst*) assumpsit, Titulum *Invictissimi Cæsar*i tribuere constanter recusat, licet Imperatorem Turcarum appellet *res Invincible* conf. Feltem. *d. l. §. 12. & Winterfeld. d. l. p. II. Cap. 9. §. 1.*
- 9 Eiusdem sortis est elogium: *semper Augusti*, quod si veritas germanice: *allezeit Mehrer des Reichs* (quam interpretationem traducit Limn. *7. P. L. II. Cap. 1. n. 34.* defendit Schvveder. *Introd. in 7. Publ. P. Spec. Sect. 1. cap. 1. §. 5.*) certe non nisi ad pompam & honoris declarationem adhiberi certissimum est. Originem hujus moris Bœcler. *Not. Imper. L. IV. cap. 1.* Friderico I. adscribit, & quamvis *Augusti* jam tempore Octaviani appellati fuerint Imperatores Romani, eis tamen vocem *semper* ante Fridericum I. annexam non fuisse existimat:

HONORIS IN JURE PUBLICO.

35

stimat: qui id imitatione Græcorum fecisse creditur. Hodiernis moribus a cunctis etiam exteris Principibus hoc elogio excipi Imperatorem, dubitari nequit; cum id Acta publica ubiq; testentur; & nuperime in Conventione AltRanstærensi, a Rege Sveciæ ita nuncupatum esse, patet ex Instrumento dictæ Convent apud Fabr. Staats-Canzleij P. XII. cap. 1. n. 6. & a Rege Galliæ post varias disceptationes in Traſtariibus Pacis Monasteriensis in hunc titulum quoq; consentum fuisse, constat ex *Histor. Pacis Osabr. Monaster. pag. 682. 684.*

Ulterius Verborum Honoris in Jure publico receptio patet scit ex solenni Statuum formula compellendi Cæsarem: *Allergnädigster Herr*; sic vid. *R. I. de A. 1525. ibi: Unser Allergnädigster Herr* it. *de A. 1527. §. 7. ibi: Hohermeldeter Röm. Käyserl. Majestät; als unsern Allergnädigsten Herrn* & *1500. Rubr. ult. ibi: unser Allergnädigster Herr*; atq; subscriptione: *Allerunterthänigste/ Unterthänigste Stände* &c. quo spectant formulae *Ret. Imp. d. A. 1564. §. 13. ibi: Uns zu als*

de &c. quo spectant formulae Ret. Imp. d. A. 1564. §. 13. ibi: Uns zu als 13
de &c. quo spectant formulae Ret. Imp. d. A. 1564. §. 13. ibi: Uns zu als
de &c. quo spectant formulae Ret. Imp. d. A. 1564. §. 13. ibi: Uns zu als
Magnanimi Hassiæ Principis verba: *Wir thun uns gegen Käyserl. Maj. alles unterthänigen gebühelichen gehorsams in allen zeitlichen Dingen unterthäniglich erbieten. v. Horsted. Reichshandl. L IV. c. 7.*

n. 34. & notissima Literis ad S. C. Maj. ex aratis præmissa formula:

Ew. Käyserl. Maj. seynd meine unterthänigste gehorsame und willige Dienste mit treuen Fleiß zuvor. Qui mos scribendi, cum originem 14

Carolingorum temporibus, qui monarchice præerant, debeat, facile apparet, quali effectu gaudeat, si præſenti Imperii statui applicetur.

Etenim cum hodie notissimus sit Procerum Germaniæ splendor atq; potentia, minus accurate philosophantur illi, qui ex schemate isto

titulorum de præſenti Reipubl. Germanicæ forma ejusdemq; intitu- 15
ma compage judicant. Nimirum non ex verbis trahi poterit argu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-

mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-

mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-

mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-

mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-

mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-
mentum ad summam in Reipubl. potestatem, Feltn. d. l. §. 5. & simu-

36 CAP. III. DE USU ET EFFECTU VERBOR.

non plus fere efficacia habentia, quam alia verba honoris, in qua ignavissimus quiq; solet esse, sitissimus, conf. §. 4 ejusd. cap. Limn. 7. Publ. L. 1. cap. 10. n. 48 R. Menso d. summ. Princ. Germ. posest. cap. 12. p. m. 199.

- 17 Valeant igitur, qui Carolingicam & Monarchicam Imperio nostro formam assignant, quia verba honoris tam splendide sonant: quales sunt Reinkingius, Witzendorffius, S. hokius, Stamlerus, & e
- 18 recentissimis Lynckerus. Valeant qui non monarchice quidem Imperatorem regnare, Status tamen veros Ejus subditos esse, asserere non dubitarunt, Myler. de Stat. Imper. P. III. Cap. 93. Vitriar. Inst. 7. Publ. L. 1. Tit. 19 Itter. de feud. Imper. cap. XIX §. 15 §. 99. cui appellationi vehementer quoq; contradixit Episcopus Argentoratensis in conventu Noviomagensi, terminum hunc novum & in Imperio habitus inauditum dicen. Vid. A. Pac. Neomag. Tom. II. pag. 392. Variisq; rationibus illum a se amoliri conatus. conf. hic omnino Titius specim. 7. Publ. L. VII c. 8. §. 25 Burgold. ad Instr. Pac. Osnabr. P. I. Disc. 23. §. 2
- 19 Regem Galliae tamen his inanibus honorum verbis commotum fuisse, ut Principibus nostris jus Legationis denegaret, existimat Wicquefort. Ambassad. L. 1. Sect. 4. p. m. 92. Il voit, que les Princes d'Allemagne en écrivant a l'Empereur, luy rendent les memes soumissions, qu'ils luy rendoient, lors qu'il étoit souverain, & lors que la dignité Impériale étoit héréditaire dans la maison de Saxe de Franconie, & de Svabe, & de plus grandes memes que celles que les François rendoient a leur Roy. C'est pourquoy il ne croit devoir point traiter en souverains, ceux que l'Empereur traite en sujets. Sed quam falsa hæc sit consequentia ex superioribus patet, cum nihil quicquam splendori aut potestati Principum nostrorum obesse debeant submissiores istæ formulæ; quin potius missa exteriorum verborum cortice, res ipsas magis quam rerum umbras sectari oporteat. Vid. Hyppol. a Lap. P. I. cap. 18. & P. II cap. 6. ideoq; acriter huic Gallorum argumento semper resistere Germaniæ Proceres, jus ilud Legatos mittendi saluum sibi atq; illibatam vindicantes; cumq; adhuc dum in nonnullis Exterorum aulis de solennitate Receptionis, aliisq; Ambasciatorum juribus controversi solear, plerumq; ablegat, Envoyes omisso charactere representationis ab his mittuntur, vid. prolixius Wicquefort. d. l. Sect. 4. Fursten. Libell. de supremat. Muller. Dissert. de Legat. Princip. German.
- 22 Et ut eo melius de veritate dictorum constet, paucis videbimus quan-

quantum ad probandam subjectionem valcant formula: Gnädiger Herr/ & Unterthäniger Diener? Has vero nullum inferre Dominium, seu respectu subferibentium subjectionem, unanimi a Doctoribus ore docetur. Vid. Limn. *J. P. L. IV. cap. 6. n. 74.* Befold. *voc. Gnädige Herren/ & præfertim quoq; probatur in der Gräffl. Waldeck's. Ehrenrettung. P. 1. cap. 15.* sequentibus argumentis: Es ist in keinen Rechten geschrieben/ daß *Confessio* (ex *aulicimo orta*) ein rechtmäßiger Titul *Dominus* sey, vielweniger daß sie *mutationem status* wirken könne. *per text. claros. l. cum scimus 22. C. de Agricol. & censu. & l. cum testament. 8 C. d. 7 & sal. Ignor.* Eintemal solche Worte den Zustand der Sachen keinesweges ändern/ nam *recognitio nihil addit. sed tantum fovet ius quod invenit Laur. Sylvan. de feud. recognit. quest. 34.* Daher dann in *specie* davon geordnet/ daß durch solche Handbriefe keinen Standt könne vernachtheilet werden. *L. non Epistolis L. non nudis C. de Probat.* Denn in solchen werden offi unsere Herren genennet die es nicht sind. *v. d. Valtij. Conf. 30. n. 15. vol. 1.* Relata hæc invenies, in Geier. *speculog. Speidel. Befold. voc. unterthänig. quibus accedit quod non-* 23
nunquam inferiores quoq; a superioribus Dominos Clementes appellatos fuisse deprehendere liceat. cujus notabile exemplum adducit Muller. Dissert. de Caus Honor. Sec. IV. §. 11. Aus der Hochgräffl. Stollberg *D. d. utrius* wegen Königstein &c. in Beylag. ubi Dominus Vassallum vocat seinen gnädigen Herren. *Quamvis nec id negari queat,* 24
scæpissime a talibus compellationibus inprimis a potentioribus argumentum trahi ad Domini superioritatis ve probationem, ideoque admodum cautos & sollicitos esse interiores in Titulis, quos potentioribus tribuere volunt Fritsch. in addit. ad Limn. J. Publ. L. IV. cap. 6. n. 74 quo spectat monitum Feltmanni *d. Tit. honor. L. II. c. 24. §. 8.* quo Civitates liberas hortatur: *ut caveant sibi, nec se pariantur falli vulgari ista parœmia: verba curialitatis neminem obligare, & licet tolerandus ipis si titulu, nostræ civitatis non simpliciter, sed adjuncto aliquo epitheto amica, vicina, similis, prolatus, Principem tamen cui subiecta hant sunt, non appellant clementem Dominum; atq; hæc diligenter quoq; a nonnullis observata fuisse, recentissimis comprobare exemplis haut difficile foret. Quanta vero hic differentia inter prætensionem justam & eam quæ facti est, ad sit, cuilibet clarissime apparet.*

Aliud statuum ergo Imperatorem civilitatis exemplum nobis 25
 offe-

38 CAP. III. DE USU ET EFFECTU VERBOR.

- offerunt formulæ, quibus cum Controversia de Reservato Ecclesiastico Protestantæ inter atq; Catholicos agitaretur, Protestantæ erga Eum utebantur Præsertim cum contra Protestantæ, à Catholicis ad 26 consensum eorum probandum urgebatur, quod Cæsari ita responderint: Da aber Ew. Röm. Maj. auf je beiderer ihrer resolution beruhet/ diese und andere Zhr. Churfürst. und Fürst. Gn. hochbewegende und tringende Ursachen/ sich davon nicht abwenden lassen wollen/ sondern diesen Artikel dergestalt wie er von Ew. Röm. Maj. gesetzt/ an statt auf heimstellung und habender Gewalt/ auch vollkommenheit der Röm. Maj. unsers allergnädigsten Herrn/ und also von wegen Ihres obliegenden amts/ und vor sich selbst zu verordnen entschlossen. So wissen Zhr. Churf. und Fürst. an. E. Röm. Maj. über beschehene unterthänige bitte und vormendung kein form oder maas zu setzen &c. vid. Arum. 7^p. Diss. VII p. 79. quam declarationem cum pro vero consensu assumeret Cæsar inde emanavit §. und nachdem 18. R. I. de A. 1555. Cui tamen constantissime contradixerunt Protestantæ.
- 27 Licet autem hæc Controversia Pace Monasterii sopita sit, in qua Reservatum ad Protestantæ quoq; extensum est, vid. Instr. d. d. pat. Art. V. §. 15. id tamen remanet dubium, an civiles ejusmodi formulæ ad consensum in Comitibus declarandum sufficiant? Similis formula reperitur in Rec. Imp. d. A. 1544. §. als wir aber &c. Equidem non desunt, qui exinde egregie de legislativa Imperatoris potestate sentiant, formulam ex plenitudine Potestatis, von Röm. Röm. Macht und 28 vollkommenheit simul allegantes, vid. Arumæ. d. 7. Publ. Diss. IX. At vero quam injuriâ hæc iterum in ordines Imperii sit argumentatio, nemini non apparebit; idemq; hic obtinet, quod sæpius repetitum, verba ejusmodi curialia nullam inducere obligationem Patrummeister. de Jurisdic. L. II. cap. 2. n. 84. Nec enim plenitudo potestatis in Comitibus quicquam valet Lampad. de Republ. Rom. Germ. L. III. cap. 11. §. 18. sed Decreta in Comitibus per modum conventionis fieri solent, uti ex Receptum Imperii formula patet: Quod inter Cæsarem & ordines ultro citroq; ita sit conventum. Coccej. 7. Publ. cap. XX. §. 38. quæ autem per conventionem fiunt, non coactam sed liberrimum requirere consensum, is facile concedit, cui differentia inter 30 conventionem & Imperium nota est. Atq; serium his formulis non delecta.

HONORIS IN JURE PUBLICO.

39

declaratum fuisse consensum ex iis quoq; probatur, quæ in alleg. *R. d. A. 1544 in fin.* adjecta sunt; und wir Churfürsten zc. bekennen mit diesen abschied/ daß alle obgeschriebene Puncten (außerhalb so die Råys. Maj. aus Råysert. Macht und vollkommenheit gesetzt) mit unsern wissen zc. & *d. A. 1545. in fin.* ibi: die außerhalb berürtes articfels vom *Colloquio* melden/ so die Röm. Råys. Maj. unser allergnådigster Herr für sich selbst geordnet/ und wir die Stånde der alten Religion verwant/nicht darein willigen. add. *Bœcler. Dissert. de Legislat. German.*

Pontifici quoq; multa debet Imperator noster *Elegia*, quibus præter honorificentiam nihil inest valoris. Etenim ea semper Aulæ Pontificiæ ars fuit, ut sub Religionis, Pietatis, humilitatis ve regum entis ad summam regnandi potestatem adspiraret. Indeq; ortus notissimus Pontificum Titulus quo se dicunt: *servos servorum Dei*, cum tamen revera Domini cupiant esse Dominantium: De quo sufficiat allegasse verba *Theophil. Banosii in Censur. Excommunicat. Sixti V. prime. Egregius servus servorum Dei, qui augusto habitu & triplici tiara, in aurca sella sublimis adorandum se Roma exhibet; qui (si ei credere fas est) pro arbitrio cælum referit & aperit; qui omnes judicat & a nemine potest judicari; qui utriusq; Gladii Ecclesiastici & Politici potestatem sibi arrogat; qui imperium à Grecis ad Germanos translatum esse beneficio suo gloriatur, ejuſq; Imperatores fidelitatis juramento sibi obstrictos esse, in Concilio Viennensi decrevit; qui crepidas suas in eadem Imperatoribus deosulandas præbet; qui eosdem pedibus suis conculcat, quos Luna, seipsum soli comparat; qui deniq; Regna & Imperia pro libidine animi transfert; nec peti ab eo potest, cur hoc vel illud faciat, qui deniq; orbis Christiani Regna omnia sibi feudataria & Reges omnes Europe Vasallos suos esse impudenter affirmat. Equis servum adeo superbum, tyrannum Hominibus illudentem diutius feret in Ecclesia Dei?*

Ab his igitur civilitate tam plenis originem quoq; traxerunt encomia Imperatoris, quibus dicitur *Obrister Voigt der Christenheit & Caput temporale Ecclesie*; Sed quam parum hi tituli in recessu habeant, docet *Brunnem. Introduct. in 7. publ. Diff. III. §. 3. seq.* ubi eos a curia Romana effictos atq; hodie nullius amplius efficaciz dicit; neq; ignotus erit solennis iste Pontificum mos, Magnates speciosis sed revera inanibus verborum adulationibus ad suas pertrahendi partes, de quo præsertim testantur *elogia Christianissimi, Primogeniti Eccle-*

40 CAP. III. DE USU ET EFFECTU VERBOR.

Ecclesia, Regi Galliarum, Catholici Regi Hispaniarum, Defensoris fidei Regi Angliarum publico stylo tributa.

- 36 Ad civiliores ejusmodi formulas pertinet quoque ea qua Pontifices Imperatorem dicunt *Nostrium*; qualis deprehenditur in precibus quibus in coronatione eorum utuntur. Admodum enim imbecille foret argumentum si cum Conring. *d. fin. Imper. Lib. II. cap. 21. pag. 450. sqq.* ex hac salutatione, a Papa, Caesaris supremum jus in Romanam & reliqua veteris Romani Imperii, agnosci, concludere velles;
- 37 quippe cum hæc verba monente Feltn. *d. Tit. Hon. L. III. Cap. 24. §. 15.* ultra honoris aut affectus contestationem nihil operari queant, atque vox *noster* nullam hic vel subjectionem vel obligationem inducat; dum toties nostrum dicimus eum, cui bene cupimus, sed absque intentione nos obligandi. Attamen non deerunt Imperatori vel Imperio firmitera argumenta, quibus injustam Pontificis possessionem demonstrare valeant.
- 38 Pedem nunc ad Illustres Imperii Status promoveo. Circa quos primo loco observationem meretur, quod Electores Ecclesiastici, *Nepotes, Nevenseculares Consanguinei, Oheimen* ab Imperatore compelluntur. Vid. *Rec. Imp. passim. Ordnung des Regimentis d. A. 1500 pr.* De styli hujus tum origine, tum ratione varie disceptare solent Publicistæ; Præsertim autem, cur Ecclesiastici, ita appellentur, indagaturi, mirum in modum se torquent. Aliis quasi ex sorore Ecclesia *Nepotes*, eos dici, aliis ob eximiam dignitatem cognationem quandam contrahi, nonnullis ut sæpe ex plebe nati secularibus exequentur, iterum aliis, qui jure Minorum utuntur, eos hac appellatione insigniri, divinantibus. Cæterum cum ista præter incertas conjecturas, lususque ingenii nil contineant, mentem iis turbare nolo. Id certum est, encomia hæc pro meritis benevolentiarum atque honoris signis habenda, & ex singulari quadam affectione, ab Imperatore iis tributa. *Limn. 7. P. L. III. cap. 2. n. 31.* quemadmodum constat Imperatores semper honorarios titulos excogitasse, quibus ornarent & demerentur suos. *Heig. P. I. Q. 4. n. 68.* unde pro sua affectione augustioris dignitatis viros mox Patres, fratres, Amicos, aliisque nominibus salutarunt, quo spectat *L. ult. C. d. Consil. L. 4. C. d. Contrab. stipul.* sed cur *Nepotum* potius quam alia v. g. *Patris*, Ecclesiasticis alias propria, filii, cognati appellatio assumpta sit, id nec ab aliis expiscari, nec proprio
- marce

HONORIS IN JURE PUBLICO.

41

marie excogitare me posse ingenue cum Aram. *J. publ. dist. 9. membr. 1. in fin.* fatendum erit. Conf. Böeckler. *Nor. S. R. I. L. VI. ca. 4.* præfertim cum multa de stylo Curie Imperialis obtinere dicant publicista, quorum ratio reddi non possit.

Id quoque notam meretur, non semper differentiam istam inter seculares & Ecclesiasticos observari, sed aliquando omnes Electores in genere Neben uti in *Handhab. des Fried. d. A. 1495. pr. & alibi*, aliquando Oheimen appellari; uti patet ex *Ordn. des Regim. de A. 1500. Tit. Verbindung der Käyserl. Majestät.* Falso quoque hæc honoris verba prerogativis Electorum acceduntur, cum etiam reliquis Principibus tribui soleant vid. *Epist. Leopoldi Imp. apud Kulpis ad Monzamban. pag. 562.* in qua Dux de Croy dicitur. *unser lieber Oheim und Fürst.* Et Serenissimos quoque *Duces Meckl. nb.* ita saluari probatur ex *Mecklenb. Apolog. Beylag. N. 170* ibi: *Hochgebohrner lieber Oheim und Fürst.* add. *Deduct. Jur. Primogen. in Caus. Mecklenb. Beylag. Lit. E.* Ac superiori quoque seculo *Comites de Schwarzenberg* in Principalem dignitatem erectos, mit absonderlicher Zuegunge des *Predicats, dem Hochgebohrnen Unsern lieben Oheimen und Fürsten* honoratos fuisse ex Actis publicis constat.

42

43

44

45

49

47

Sed sicut in Imperio, ita inter reliquos etiam Principes admodum solennis est mos, ut cognationis Titulo compellent eos, qui tamen nulla sanguinis necessitudine conjuncti sunt; vid. *Limn. ad Cap. Caroli V. verb. Oheimen n. 1. p. m. 125.* Hinc Reges ad unum omnes se invicem Fratres salutant: quemadmodum documentis quotidie probatur. Vid. *Act. Pac. Noomag. Tom. 1.* ubi Rex Angliæ Imperatorem dicit: *Fratrem Consanguineum & Ami um. p. 27* Regem Galliæ *Monsieur Mon Frere, pag. 42.* Imperator vicissim Regem Angliæ *Consanguineum & Fratrem charissimum. pag. 36* similique modo Regem Sveciæ *pag. 278.* Regem Galliæ *Affinem & Fratrem charissimum ibid. Conf. Acta Pac. Ryswic* quorum nonnulla collegit *Fritsch. in Comment. ad instr. dicta pac.* Imo antiquissimum iam esse morem socios fratres compellendi, probant exempla ex Scriptura Sacra, *Hirami 1. Reg. IX. 13. & Achabi, 1b. XX. 32 seqq.* ut hinc constat frustra hanc compellationem ad solum Regem Galiliæ restringi a *Loyseau, cit. a Feltman. d. Tit. honor. L. II. Cap. 17. n. 4.* Nec alia hujus moris dari poterit ratio, quam quæ ab æqualitate Regum inter se invicem desumi solet.

F

Quid

42 CAP. III. DE USU ET EFFECTU VERB.

48 Quid vero circa hanc *fraternitatis* formulam in imperio nostro obtineat, nunc paucis quoque dispiciamus. Ante pacem Westphalicam tam Electoribus, quam reliquis Principibus, hanc compellationem a plerisque Regibus denegatam fuisse indubium est; ex ea potissimum ratione, quod titulum *Majestatis* iis tribuere recusarent, retento sive: *Dignitatis Regie* vid. Furstener. de 7: *supremat. Cap. 24.*

49 Rex autem Galliarum primus omnium Titulum *Majestatis*, soli Imperatori ante hac a Principibus tributum, præ reliquis Regibus, affectans, cum circa Monasteriensis Pacis tempora magno fervore id urgeret, ut eo ab Electoribus insigniretur, hi quamvis huic novitati vehementer se principio opponerent, tandem nihilominus desiderium Ejus explere non dubitarunt. Quo facto id vicissim a Galliarum Rege sibi acquisiverunt, ut *Fraternitatis* compellatione ab Eo colerentur; & Electorem Brandenburgicum primum fuisse ita salutatum tradunt Wicquefort. *Ambassad. L. 1. c. 25. p. 751.* Cruger. de *Novemvir. Dist. IV. § 4.* successu temporis reliqui etiam Reges, Galliarum exemplum secuti, simili stylo erga Electores utuntur, cum hi omnibus vicissim *Majestatem* adscribant.

51 Reliqui autem Germaniarum Principes, qui ex Electorum numero non sunt, licet *Majestatis* nomine quoque colant Reges, *fraternitatem* tamen ab iis stipulati non sunt, ideoque a plerisque non nisi *Cognati* salutantur. Quod an jure meritoque fiat, meum non est decidere. Partes tamen eorum egregie egit Cæsarini, Furstener. de *Supremat. cap. 24.* qui diversitatem styli facilitati Principum tribuit.

52 Sed præter solennes istas quas enarravi compellationes atque formulas aliis quoque, iisque pro circumstantiarum varietate innumeris se invicem excipere solent civilitatis ceremoniis, quarum formulas huc transcribere, partim prolixissimi, partim inutiles foret laboris, cum effectus earum semper eodem recidat. Non tamen credo ingratum erit, ex Seckendorffio annotasse, quibus potissimum casibus Principibus incumbat, urbanitatis civilitatisve officia sibi invicem præstare, eosque ejusdem Autoris verbis licet paulo prolixioribus enumerasse: Ita vero in *Fürsten-Staat. P. II. cap. 7. § 21.* differit: Die gemeinen Bezeugungen gegen alle Befandten und Freunde bestehen darinnen, daß ihnen der Landes Fürst freundliche Grüße und Zuentbiethungen bey Gelegenheit da seine Diener oder andere be-

53 Landt

Landte vornehme Leute/ von ihnen zu jenen reisen/ wiederfahren/ und sich umb ihren Zustand befragen lasse/ dergleichen auch hinwiederum von ihnen mit höfflichen Danck annimmet. (2) Daß Er ihnen auf die Neuen-Jahrs-Tage Glückwünschungs-Schreiben schicket/ 3) daß er im Fall sie durchs Land reisen/ und sonderlich da sie es ihnen zu wissen thun/ sie freundlich empfahren/ in seine Hoff-Stadt laden/ oder sonst bewirthen und alsdenn Ihnen die Oberstelle und alle Ehre und Vorzug/ wie es der Gebrauch und Hoff-Sitten erfordert/ wiederfahren läßt. (4) Ihre Gesandten/ die sie ihm zuschicken/ gerne annimmet/ vertraulich höret/ ihnen alle Ehre nach der Art wie sie gesandt seyn/ und es des Herren Creditiv Schreiben erfordert/ und sonderlich wenn sie an Ihrer statt die Gesandten ordnen/ oder ihnen/ so viel als sich selbst/ zugetrauet haben wollen/ erzeigen läßt. Ist aber die Verwandtschaft und Vertraulichkeit grösser/ so pfeget der Landes-Herr alle seine freudige und traurige Zufälle schriftlich ihnen zu notificiren. Solche Notificaciones bekommet er nun wieder von seinen Freunden/ und nimmet dieselbe gerne an/ antwortet darauf und gratuliret ihnen in Freuden- oder condoliret in Leides-Fällen/ wie bey Fürstl. Canzleien die Art/ wie solches und an wem es geschicht/ mit Fleiß aufgezeichnet zu finden. (5) Pfeget er dieselben auf Begehren auch persönlich bey ertlichen vorhergesetzten Begebenheiten zu besuchen/ oder seine Gesandten dazu zu schicken/ auch daß es Ihnen hinwieder von denselben geschehe zu bitten. &c.

Sed non solum se invicem, sed subditos quoq; & inferioris sortis homines verbis honoris excipere assolent Principes. Hinc solenne iis habetur blandis verbis animos rebellium demulcere vid Lips. VI. polit. 4. & præsertim etiam notissima sunt simulacra ista Imperiorum, de quibus Sveton. Aug. XXIX. *Fure simulacra speciosa verbis, re inania, quantoq; majore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptione ad insensum servitium; in qua arte potissimum excellere Augustus atque Tiberius Romanorum Imperatores. Nec minus huc referendus maxime solennis Principum mos, ut verbis precativis a subditis expetant, ita tamen ut mandantium vim iis inesse velint. vid. Myler. Hyparcholog. cap. III. n. 130. seq. cujus elegans exemplum suppeditat Roslochium meum, cui in pacis A 1624. clementissime a Sereniss. Principe Adolpho Friderico pronissum, Se in Rescriptis de mittendis satel-*

44 CAP. III. DE USU ET EFFECTU VERBOR.

litibus ad solennia, non mandanti formula, sed gratiosa admodum: Als begehren wir gnädig/ usurum; sed quantus valor his precibus infit, testatur repromissio Rostochiensium: Dasi auf solche Zuscheiben die Trabanten ohnweigerlich und ohn einiger beybringender Protestation oder Beding von ihnen geschickt werden sollen. Ejusdem fortis est mos iste exigendi tributum, quod dicimus *Beede/ Landbede/ Orbede/ Beeht/ Dienst &c.* cujus vocis originem Megapoli describit Cothm. *Vol. III. Resp. 49. n. 125.* Donum gratuitum, apud Gallos *Don gratuit*; quæ certe aliunde orta non sunt, quam quod Principes quæ mandare noluerunt, in speciem blandis verbis aut precibus a subditis suis exposcere voluerint Rhet *Diss. de Orbeda cap. 1. n. 5.* Relendf, *de sum. Princ. Germ. Pot. cap. 10. pag. 171.* Et quid deniq; receptius formula ista Illustrium, qua gratiam suam pollicentur: *Wir bleiben euch mit Gnaden gezogen/ vel: Wohl beygethan?*

59 Quamvis autem ex ante adductis latis appareat, Verbo Honoris a Principibus quoq; citrà ullum commutari obligationis vinculum, nec simulationem aut dissimulationem quicquam in J. Publico valere. vid. Becman. *Med. Polit. cap. 25. §. 4.* insigni tamen nihilominus sapissime gaudere solent effectu, qui ex accuratissima ista ceremoniarum Philosophia originem trahit.

60 De hoc vero acturo præmittenda distinctio inter verba honoris quæ *stylo curiæ* recepta, & quæ *privato seu arbitrario* adhibentur *stylo*. add. Vitriar. *L. 1. Tit. 16. §. 9.* Borcler. *Notit. S. R. I. L. IV. cap. 1. Curialia* dico ea quæ publico stylo curiæ approbata, solenniter in publicis Instrumentis & Congressibus adhiberi solent; quorum characteres nonnullos adducit Schyved. *J. P. P. spec. fed. 1. cap. 1. §. 15.* quos tamen insufficientes pronuntiat Titius *spec. 7. publ. L. V. cap. 4. §. 30. sqq.*

61 Nimirum nuda facta aliquoties repetita, sicut non statim ad observantiam referenda. Kulpif. *Diss. de Observ. Imp.* Ita nec formulæ aliquoties adhibitæ statim pro stylo Curia reputandæ, sed ad temporis, negotij, aliasve circumstantias simul respiciendum erit; cum exemplis non paucis constet, Principes alterius auxilio indigentes exquisitoribus Verborum formulis cum compellasse, quam stylo curiæ eorum alias convenit, quales actus in J. Publ. actus familiaritatis dicimus; *Haben grosse Herren der kleinen nöthig/ honoriren sie dieselbe extraordinarie; höret das Interesse/ auß/ höret auch die extraordinair Ehre*

HONORIS IN JURE PUBLICO.

45

Chre auf. Les plus habilles Princes ont ete fort prodigves des civilite, quand elles leurs ont ete utiles, & il n'y a point de liberalite, qui incommode moins & qui acquiere plus d' amys. Thucel. Elect. 7. Publ. Cap. 7. p. m. 307.

Arbitraria seu privata V. H. sunt illa, quæ privato quodam in- 63
genii usu proferuntur. *Iter. de feud. Imper. cap. 5. §. 8. nec interest, an ea fiant a privatis, quod omnium frequentissime contingere solet, an a Principibus, quo potissimum referenda verba Alfonsi Regis Aragoniæ, qui referente Limn. Not. Regn. Franc. Lib II. cap. 6. Lit. K. ita de Imperatore sentiit: Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori, tanquam summo Regi qui est Caput & Dux Regum Christi.*

Arbitraria hæc atq; privata civilitatis verba, nullius plane in a- 64
ctibus publicis habentur efficaciam, vel consequentiam, nec ullum inducere valebunt præjudicium. *Klock. d. Contribut. c. 7. n. 119* nec quæquam Principum eorum curam habuisse constat. Curiales autem at- 65
que publicas ceremonias quod attinet, earum maxima semper principibus cura fuit. Sicuti enim circa facta quibus honor declaratur, 66
ad modum accurati sunt Illustres, quod testantur tot de præcedentiæ controversiæ (unde sæpius luctuosæ exortæ sunt cædes) & subtilissimæ graduum passuumque numerationes, ita etiam non minus verbis solent esse intenti.

Cum autem curam habere verborum curialium dicatur Autori 67
de 7. supemat. cap. 24. de nugis contendere, ideoq; Principibus indecorum, quibus verborum inania spernenda sunt, dubium inde oritur: 68
An deceat Principem de minutis istis disceptare? Ad cujus resolutionem 69
juvabit adduxisse verba Conringii in Assert. 7. Mogunt. in coron. Reg. Rom. in pr. Possit videri contentio de re levi; & vero non est in ea salu Reipubl. collocata; at tamen interest ipsius quoq; Reipubl. ut sua cuiq; dignitas suum jus conservetur, præsertim maximis principibus; quod noceat ejusmodi injuria saltem exemplo, & iniquum ferendo muniant quasi viam licentiæ.
Et quo magis illustris Regum Principumque splendor, eo major iis 69
gloriæ & honoris cura esse solet, quæ vel minimo lædi videretur. Ideoque multum interest Principem inter & Privatum. Ille ad famam omnia dirigit, hic continetur modicis. *Gramond. Hist. Gall. L. 1. p. 30.* atq; his simul ad ea responderi poterit, quæ in *cap. 1. n. 37.* his contraria videntur.

Hinc igitur subtilis ista ceremoniarum civilitatumq; Philosophia 70
orta,

orta, quæ efficit, ut sæpissime in Conventibus publicis de tempera-
mentis verborum disputent, protestentur, atq; reprotententur. Uti-
lissimum namq; in tali materia habetur protestationis remedium;
acoptime sibi consulunt Ministri Principum, qui cum facile in præ-
judicium trahi soleant, quæ civilitatis causa nonnunquam fiunt, tali
casu protestando jus Principum suorum illibatum conservant, quod
plerumq; sit Clausula solenni: *Sabvo cujuscumq; jure*. Daß solches ei-
nen jeden an seinen hergebrachten Gebrauch und Gerechtigkeit in ei-
nigen Wege nicht nachtheilig/schädlich/ oder vorgreifflich seyn solle.

71 Imo nonnunquam V.H. omissionem aut mutationem totum actum
nullum reddere, deprehendimus, quemadmodum nuperrime Ma-
gno Imperii Principi ob detrectatum Titulum Allernädigst/ & for-
mulam: *Allerunterthänigst/ investituram in Aula Imperiali denega-
tam fuisse pro certo relatum est*. Et quis ignorat mortem Principum
litteras solitis inscriptionibus & salutationibus non instructas vel non
resignatas, vel resignatas in originali remittendi. Exempl. eorum
vid. ap. Thuan. *Hist. Lib. XXII. p. 545.* ubi Protestantes Pontifici Li-
72 teras: *Dilecto filio, Nobili Viro*, in scriptas, resignatas Legatis remisisse
refertur, & ap. Londorp. *Act. publ. Tom. II. Lib. 1. Trad. 4. Cap. 1. & II.*
ubi Imperator indignatus fuisse legitur, quod in literis Electoris
Brandenb. Joh. Sigismundi, officiosa oblatio omissa fuerit, dictasq;
litteras in originali remisisse, uti patet ex responsoriis Imperatoriis:
de A. 1610. d. 27 Febr. Uns ist ein Schreiben unter D. L. Nahmen
und Siegel/ gleichwol D. L. selbst eignen auch ihrer Eltern und Vorn-
Eltern/ so woll anderer Reichs Stände üblichen *seyle* und Herkom-
men zu wieder NB. mit Auslassung derer gegen Uns als ihren Herren
und Oberhaupt schuldiger gebührender Diensterbietung/ fürbracht
&c. & in sin: als übersenden Wir D. L. ob angeragte ärgetliche
Schriften zu mehrer Contestation und Bezeugung deren öffentlichen
Verwerffung hierneben in Originali zurück.

73 Multum ergo interest scripturientis accurate nosse Stylum Cu-
ria, ne circa Personarum illustrium compellationes hallucinetur.
Quo spectant monita Seckendorff in Fürsten-Staat P. II. cap. 7. n.
10. nosse debere Principes eorumq; Ministros: *Wie man den Römischen
Käyser im Schreiben/ und auch im Reden und Aufwarten/ da
74 der Landes-Herr in Person vor Ihr. Maj. erscheinen soltet/ den schuldigen*

HONORIS IN JURE PUBLICO.

47

digen *Respect* erweisen soll. & §. 31. ubi de commercio cum Principe aequali agit: In der *Conversacion* die er mit ihnen selbst oder ihren Abgesandten und Dienern hält/ brauchet er gute Vorsichtigkeit/ daß er ihnen mit gehörigen *Titul* und ander Bezeugung/ höflich und nach Gebühr begegnet. *Conf. Ejusd. Aut. Cap. II. §. 2.*

Sed eo processit subtilitas illustrium, non ut solum circa verba ipsa, sed & circa alias easq; vel minimas controvertere soleant circumstantias. Quo spectat disceptatio, per quas personas verba civilia annunciari debeant? Durch welchen das *Compliment* solle gemacht werden/ qua quo nobilioris aut majoris sunt conditionis, eo major alteri honor exhiberi videtur. Wieqvfort. *Ambassad. P. I. Sect. 21. pag. 604.* id quod Rex quoque Galliar, ejusq; Minister Marquisus de Chamoy, A. 1698. cum Regensburgi inter Electorales & Principum Legatos nullam agnoscere vellet differentiam, accurate observavit; quod ita relatum refero: Als der Gesandte den folgenden Tag durch 2. Edelleute den Chur- und Fürstl. Gesandten seine Ankunft *nonficiren* ließ/ hat man angemercket/ daß so offti diese Edelleute in *Carossen* einander begegnet/ sie solche verwechselt/ damit man sagen könnte/ es wäre kein *Ceremoniel* in Acht genommen/ und bey Ablegung der *Complimenten*/ zwischen denen Chur- und Fürstl. Gesandten kein Unterscheid gemacht worden.

75

76

77

78

De eo quoq; disceptatum memini, qua lingua debeant proferri verba ista honoris: Sic de eodem Ministro refertur in *Histor. Kern. d. A. 1698. mens. Mai.* bey Ablegung der *Contra Complimenten*, und weil die Französische Edelleute bey Vermeldung ihres *Principales* Anfunft die Französische Sprache gebrauchet/ bedienten sich die Chur- und Fürstl. *Secretarien*/ der Deutschen Sprache/ ließen sich darin auch nicht irre machen/ ob schon der *Marquis de Chamoy*, welcher doch die Deutsche Sprache/ woll verstandt/ und ziemlich reden kundte/ auch wol wuste daß man diese und nicht Französische Sprache bey den Reichs- *Deliberationen* gebrauchte/ den Vortrag in Französischer Sprache *urgiste*, und die Verweigerung übel zu empfinden schien. *Splendori enim atq; Majestati quid decedere, existimantes, si aliena lingua loquantur, vernacula sua plerumq; apud externos quos uti gestiunt Principes add.* Wieqvfort. *d. l. l. II. Sect. 3. pag. 70.* *Beccman. d. 7. Idiom. Cap. 1. §. 29.* *Marfelaer. d. Legat. Lib. II. Diss. 34.*
quam

quamvis in nonnullis Regnis aliud obtineat, & olim præsertim apud Romanos major circa hæc subtilitas observata fuerit, quam quidem hodie. In Proprio tamen territorio aliena lingua haut facile excipient Exteros; ut hinc ridicula plane ista fuerit Gallii Legati præsentio, præsertim, cum Lex Imperii obstat, qua prohibetur ne in negotiis vel comitiis Imperii aliud quam Germanicum Idioma adhibeatur. Et hinc quoque est, quod post variam deliberationem A: 1520. circa receptionem Caroli V. conclusum fuerit: Daß die Königl. May. durch einen aus den Churfürsten mit einer zierlichen kurzen Redel die NB auß allerley Bewegniß/auff teusch beschehen soll/empfangen werde vid Ordn. der Churfürst. wie es bey der Königl. Crön. gehalten werden soll §. 4. & 9. ap. Goldast. Reichs. Cons. P. II. pag. 185. In genere autem nihil certi hic decidi poterit, sed cujusque Regni ceremonialia inspicienda.

80 Harum similitumque subtilitatum præ ceteris omnibus quam optime gnarus sit Legatus Principis. Hic enim cum maximum omnino momentum ad splendorem dignitatemve Reipubl: conferendum conferat, nihil omnino intermitteret, quæ vel minima specie facere videntur; prudentissime tamen simul hic cavet, ne ad arrogantiæ asceadat ista ceremoniarum curiositas. Hinc optime verba honoris privata discernet a curialibus atque solennibus In illis latissime patebit Legati Civilitas ita ut adsit in colloquendo facilitas, in obvios compellendo suavitas, in respondendo benignitas; atque civilitate prodigum magis esse convenit, quam parcum, cum nulla id fiat jactura. Marsela. de Leg. L. 1. Diff. 19 nec ullum inde Principi suo nascatur præjudicium, sed juxta effatum Reginae Sveciæ Christianæ; Legatorum ipsiusmodi civilitates nullius habeantur consequentiæ Wicquefort: Ambassad: L. 1. Sect: 20. Longe alia vero ratio verborum solennium habenda est; in quibus accuratissime cavendum, partim ne Principis sui splendori quicquam derogeretur, partim ne in ceremonialibus ejus ad quem missus hallucinetur. Cumque sæpe etiam in Ministros incidat, quorum sapientia vix ultra jusmodi ceremonialium limites exsurgit; hinc gloriosum quoque atque utile Legato hic erit, ipsi non solum Principi sed unicuique Magnatum, qui conveniant honoris tituli intelligere. Marselaer. d. l. Diff: 20. circ. fin.

De Effectu Verborum Honoris in Jure Privato, & in specie in Jure circa Personas.

SUMMARIA.

Premissa connexion n. 1. *Quaritur quid valeant V. H. ad constituendam servitutem? 3. sq. Vel ad eam dissolvendam. 5. De Hominibus propriis. 6. Transitur ad sponsalia. 8. sq. Que apud Romanos stipulatione contra-
bi solebant. 10. Hodie sufficit nudus consensus. 11. sqq. Modo sufficienter sit demonstratus. 12. Nec simulatus. 13. sq. Hinc nihil hic valent V. H. 15. Vel familiaris conversatio. 16. De formula mein Kind/ mein Schatz. 17. An qui virginum sponsam suam dixit, obligetur? 18. sq. De Verbis: Nunquam Te deseram. 21. sqq. Tu mihi sola places. 25. Virgines ne sint credula. 26. sq. An V. H. obligent si concubitus accesserit? 28. sqq. An Parentum consensus probetur per V. H. 36. sqq. Liberi per V. H. libertati dissentienti renunciaisse non censentur. 40. sq. An qui sponsam suam dicit Dominicam, seq. servum, Imperio Maritali se abdicasse credatur? 43. sq. Juri castigandi uxorem V. H. non valide renunciatur. 58. An serium patrum valeat? 59. sqq. Effectus V. H. circa adoptionem & legitimacionem 63. sq. De probatione filiationis per nominationem. 65. sq. Nobilis quis non sit nuda appellatione. 69. Nec ulla dignitas hoc modo probatur. 70. Nec doctoratus ita probatur. 71. Quid valeant V. H. circa Tutela constitutionem. 73. sqq. De formula constituendi Tutorem sub conditione: & volet. 79.*

ORdo me nunc ad Jus Privatum vocat, ut quid in eo verba Honoris valeant, quantum ingenii viribus licet, paucis quoque exponam; & cum optimam hic methodum me selegisse existimem, si vestigiis Justiniani insistam, hinc primo loco de Personarum jure tractationem instituum.

Dividuntur Personæ in eos qui sunt sui, & qui sunt alieni juris; 2
Alieni juris sunt vel sub dominica, vel sub Patria potestate. *pr. 7. d.*
His qui sunt sui vel al. jur. sub Dominica constituti sunt servi: Facile autem patet, non eos hic intelligi qui, benevolentia aut honoris causa se tales dicunt: Mein Herr/ich bin sein gehorsamer Knecht &c.
Talia enim verba, si quid circa constitutionem servitutis valerent, mille quotidie servis stipati incederemus, & nos vicissim mille Domino-

50 CAP IV. DE EFFECTU VERB. HON. IN J. PRIV.

minorum mandatis obsequia deberemus, si civitates nostræ obligationem deducerentur; ideoq; non plane incongrue a nonnullis responderi istis formulis solet: Der Herr ist mein Diener/ aber nicht zu gebrauchen.

3 Sed an ad nexum servitutis dissolvendum plus valebunt verba ista honoris? Videtur quidem hæc quæstio affirmanda J. Rom. ob L. un. § 10. C. de Latin. Libert. toll. & §. fin. J. d. Adopt. in quibus textibus asseritur servum filium a Domino nuncupatum libertatem consequi; At vero an ista nominatio pro nudis verbis honoris reputanda sit, de eo valde dubito, quippe cum expresse in alleg. 1133. requiratur, ut fiat apud acta, h. e. coram Magistratu in loco publico. Hopp. ad d. §. fin. nec secreto, aut NB. inter solos Amicos d. L. un. §. 10. quæ clarissime evincunt, seriam hic Domini dispositionem desiderari, non adulatoriam; quod autem filiationem ea non efficiat, non prohibere defectum voluntatis, sed potestatis Hopp. d. l.

6 Hodiernis moribus circa homines proprios idem, argumenta a superioribus deducto, obtinere, nemo negabit; Nec enim unquam ex nudis honoris verbis ad vinculum inter Nobilem Hominesq; proprios vel constituendum vel dissolvendum, argumentum valebit. Similisque decisio obtinebit, si Rustici Dominis suis operas indeterminatas, ungemessene Frohn Dienste / amplissimis verbis promittant: Das sie ihren Herren zu Dienst erscheinen wollen: So oft und viel er es verlangen werde: vel: er solle befüget seyn so viel Dienste von ihnen zu fordern als es Ihm immer belieben wird. Minime namq; talibus formulis ad infinita, & innumera se obligasse videntur servitia, sed Domino utiq; incumbit moderationem in iis exigendis adhibere. Carpz. L. 1. Resp. 46. § & 54 Besold: voc: Frohn: 7 Fromman Dissert. d. oper. subd. th. 9, & 39. Famulos nostros quod concernit, cum hi non jure servitutis, sed ex contractu locat: Conduct: teneantur, hinc de iis dicenda infra Cap. 6. dicam.

8 Nunc ad eos me confero qui sub Patria constituti sunt potestate. Oritur ea vel ex justis nuptiis, vel ex legitima adoptione, vel 9 Legitimatione. Justas nuptias communiter præcedere solent sponsalia, circa quorum contractionem cum innumera sæpe verborum blandimenta occurrant, quæ ipsum quandoque consensum dubium reddere solent, hinc nonnulla de iis his addere operæ pretium duxi.

Olim

ET IN SPECIE IN JURE CIRCA PERSONAS. 51

Olim quidem apud Romanos sponsalia per stipulationem
 contracta fuisse, patet ex *L. 2. ff. d. sponsal.* certasq; in iis semper ad-
 hibitas verborum formulas, testantur scriptores antiquitatum Ro-
 manarum. vid. Rosin. *Lib. IV. Cap. 37.* & Dempster: *ad d. Cap.* qui-
 bus neglectis nondum pro perfectis habebantur, Colleg. Argent. *ad*
Tit. d. sponsal. n. 2 Equidem si adhuc hodie ejusmodi verborum facto
 rumq; solemnitates ad contractum istum gravi-
 sum requirerentur multis certe quaestionibus, quibus quotidie fatigantur
 Juri, meta-
 poneretur. Sed sublatis veterum ceremoniis, ad constituenda spon-
 salia, nunc sufficit nudus consensus. *L. 4. pr. ff. d. sponsal.* quocunq; mo-
 do vel signis vel verbis declaratus. *L. 6. 7. 12. ff. d. r. c. 23. X. d. r.* unde
 Alber. Gentil. *d. Nupt. Lib. II. Cap. 9 pag. 159.* infinitas, dicit, posse ad
 hunc tractatum esse formulas, cum nulla certa constituta sit, sed pro lubitu
 agentum, efferantur verba, saepius etiam effutiantur.

Dicta tamen eo restringenda, ut sufficienter demonstratus sit
 consensus. Cum enim non de glande legenda, sed de actu magni
 praedicti agatur, in quo si alea semel male cecidit, non est quod
 arte corrigas, hinc leves quoq; praesumptiones & considerationes ni-
 hil hic profunt, sed graves, solennes, & magnae probationes exigun-
 tur Cothm. *Lib. II. Resp. 86. n. 16.* Antequam igitur certi quid in eo
 statuas, praesertim dispiciendum erit, an serio res gesta fuerit. Pro
 batis enim signis verbisq; absq; serio animi consensu, nihil proba-
 tur, sed corde atq; ore simul de matrimonio actum fuisse, demon-
 strandum est Stuck. *P. 1. Conf. 6 n. 46.* & ad plenum consensum ex-
 pressa & perspicua mutuae voluntatis significatio requiritur, omni
 furo & ambiguitate carens Zepper. *d. Leg. Mosaic. L. IV. Cap. 20 p. m.*
 atq; simulatae Nuptiae nullius momenti sunt. *L. 30 ff. d. R. N. ideo*
 que nulla humana potentia efficere, Gutierrez. *d. matrimonium. Cap.*
46. nec Papa dispensare potest, nec Ecclesia, ut sine consensu subsistat
 matrimonium. Covarruv. *de matrim. P. 1. Cap. 4. §. 1. n. 13 & P. II. c.*
2. n. 1 seqq. Unde facile elucefcit, quantum circa sponsalia valeant
 verba honoris, quibus omnis consensus aut obligandi intentio,
 ideoq; & omnis vis & efficacia deest. Rhet. *diff. d. 7. Virg. Cap. V §.*
3 Conf. sup. Cap. 1. in fin. simulq; inde patebit, minime ex amica
 quadam cum Virgine Conversatione, ad sponsaliorum contractio-
 nem argumentari licere, nisi cum vulgo concludere velis. *Conversatio*

52 CAP. IV. DE EFF. VERB. HON. IN JURE PRIV.

16 *tur cum Virgine, & domum ejus intrat, ergo sponsus est.* Conf. D. Stryck. *diff. d. Civil. Noctiv. Cap. 2. §. 20.*

17 Tuto etiam atq; citra metum firmæ obligationis, Juvenis appellabit Virginem; *Wein Hert/mein Kindt/mein Wehyter Schaf* &c. cum nemo eum, qui blandos aliquando cum puella sermones miscet, nullam autem de sponsalibus mentionem facit, de matrimonio cogitasse, convincere possit, quilibet potius fateri necessum habeat, talia verba benevolentia magis & animi causa prolata, quam obligatoria dicenda esse. Conf. Stryck. Rhetz. *dd. ll. Hopp. diff. d. Joc. Cap. 2. §. 3.*

18 Sed quid si *Sponsam suam* dixerit, sic solle seine Braut seyn/ an inde obligabitur Sponsus? Resp. verba ista cum admodum apta sint & consveta ad sponsalia celebranda, & qui sponsum se dicit, sponsalia quoq; celebrare dicatur, hinc si Virgo ea tanquam seria, in presentia testium acceptet, *Ich nehme es hiemit an/ ich will seine Braut seyn/ nec masculus incontinenti mentem suam explicet, firmiter inde ad probationem sponsaliorum concludi poterit; Ait si Masculus, promissionem tanquam seriam acceptanti puella in continenti respondet: Mein/ so meine ich es nicht sondern es ist nur eine Compliment gewesen/* vel alia ratione seriam defuisse mentem probaverit; non video cur inde promittens obligetur; cum consensus vocalis absq; mentali nullus sit, atq; hinc nuda sponsæ appellatio sponsalia inducere nequeat. arg. *L. 14. C. d. probat. Hopp. d. l. lb. 4. seqq.*

19 Neq; firmiori fundamento nititur præsumptio ista pro sponsalibus, quæ elicitur ex verbis v. gr. *Ich will sie nimmer verlassen/ und will Zhr bis in den Todt zugethan seyn/* Licet enim ejusmodi formulæ magnæ videantur esse efficaciam, & de insigno affectu atq; vere amore testentur; attamen cum non solat attestatio amoris sufficiat, ad id ut sponsalia dicantur contracta. Heig. *P. II. Qv. 16. n. 28. seqq.* Sed honestus amor etiam inter personas non desponsatas consistere possit, vis talibus verbis aliter tribui non potest, quam si ex aliis circumstantiis de serio consensu constat. Stuck. *diß. Conf. 6. n. 27. Mozz. de Contracti. Tit. De substantial. Et. matrim. n. 24. & 28. præsertim, quoniam talia verba ad matrimonium consveta non sunt, sed indiscreta juxta Kling. de caus. matrimon. Cap. 13. n. 26. & is, qui firmiter teneri vult magis per spicuis non dubiis ac flexilioribus*

ET IN SPECIE IN JURE CIRCA PERSONAS.

53

bis consensum exprimere poterat, conf. Cothman. *L. II. Resp. 86. n.*

7. Ideoque similem formulam qua quis foeminam vocabat: *Domi- 24*
nam suam coherentem, insufficientem pronunciat, atque inde matri-
monia necquaquam confici, si quis sermone blandimenta ad eas
conferat, quas amat, expresse decidit Imperator, in *Nov. 74. c. 4. pr.*

Ejusdem quoque farinæ est formula: *Du solt mein seyn! Tu 25*
mibi sola places, es tu mea sola voluptas: Ea enim verba cum valde ge-
neralia sint, & tam ad alium actum, quam conjugium referri possint,
potius nude & simpliciter, quam de vinculo matrimonii intelligenda
sunt, ideoque nisi itidem mentio de sponsalibus præceserit, nihil in-
de concludi poterit. *Cypræ de sponsal. cap. 4. §. 12. n. 5.* ac blandiendi
potius & applaudendi animo, quam promittendi dicta esse existi-
mandum est. *Hopp. dis. d. Joco cap. II §. 7. §. 9.*

Quæ cum ita sint, cavendum præsertim erit virginibus, ne talibus 26
adulationum flosculis ornatae nimium credulae sint, aut istiusmodi
blanditiis persuaderi se patiantur, ut spe matrimonii inde concepta,
ad nimiam ac illicitam juvenem admittant familiaritatem. *Cate. 27*
roquin nimis sero deceptas se dolebunt; neque deerunt occinentes
illud Ovidii:

Fallera credentem non est operose puellam Gloria

Et illud *L. 1 §. 2. ff. de. Eoper quem facti. Sibi is imputet qui credulus*
fuit. Nec aliud credulitatis, ne dicam simplicitatis præmium repor-
tabunt, quam hoc, quod alternative contra deceptorem agere possint,
ut vel ducat vel dotet; quo ultimo electo, spes de priori concep-
ta plane corruet. *Carpz 7. Eccl. L. II. Def. 228. in fin. Willenberg. Diff.*
d. Credulit. cap. II §. 10.

Non quidem ignoro, esse nonnullos, qui statuunt, eum qui 28
fucatis istiusmodi mellitise; verbis virginem ad concubitum sedu-
xit, præcise ad eam ducendam compellendum, & qui ambiguo ser-
mone, consensum non expresse excludente, utitur, ut muliere potia-
tur, sic eam postea comprimat, id maritali affectione fecisse præsu-
mendum esse; quam sententiam fovent. *Cypræ d. sponsal. cap. 4. §. 13.*
n. 2. Nevi Zan Sylv. nupr. L. II. n. 12. Cavarruv. d. matrim. p. I. cap. 2. n.
5. & quam plures alii.

Gravissime autem his obstat. *c. 2. C. 27. Qu. 2. ibi. Consensus si in 29*
nuptiis solus forte defuerit, cetera omnia, etiam cum ipso coitu celebra-

54 CAP. IV. DE EFF. VERB. HON. IN JUR. PRIV.

- 30 *ta, frustrantur, nec non c. 26. X. d. sponsal. in quo expresse simulata atque dolose promissa sponsalia, licet cocubitus accesserit, foedus tamen conjugale non perficere ab Innocentio III. deciditur. Atque hujus capituli iniquitatem quamvis nonnulli dissentientium accuserent, vid. Treutl vol. II. Disp. 6. lit. e Beza de Repud. & Divorc pag. mib. 87. alii vero hic inter forum judiciale & poenitentiale distinguunt, Panorm. add. cap. 26. Cavarruv. d. matrim. p. II. cap. 2. n. 1. attamen*
- 31 *cui isti imitantur fundamento, non video. Quis enim omnium, copulae carnali, tanquam actui vitiosissimo, tam praclarum tribuet effectum, ut suppleat defectum veri consensus matrimonialis? quis omnium, vel in interiori, vel in exteriori foro quenquam in id obligabit, in quod nunquam consensit? conf. Covarruv. d. l. n. 2. segg. Alber. Gentil. d. Nupt. Lib. II. cap. 5. & praeter ceteris omnibus Meirich. de*
- 32 *simulat nupt. Cap. 4. n. 4. Quamvis id negari nequeat, probationem verborum honoris hic esse difficillimam, quod fatetur Pontifex. d.*
- 33 *cap. 26. ibi. quod qualiter sibi constiterit, non videmus, Nec ante contra matrimonium pronuntiandum, quam certissimis argumentis confet, stupratorem sibi non proposuisse ducere hanc in uxorem, nec unquam in ejus personam consensisse. dist. c. 26. Vid. Alber. gentil. d. l. Hypolyt. Bonacoss. d. sero & samul. Qu. 250. n. 3.*
- 34 *Ita vero, inquires, dolosus istiusmodi impraegnator impunitus erit, & lucrum ex dolo reportabit; Respondet hic Alber. Gentil. dist. cap. 5. A positione poenae non poni validitatem actus, & contra, a remotione poenae non removeri invaliditatem actus. Poena enim stupri utriusque, manebit istiusmodi Deceptorem, & major quoque, quam si quis simpliciter aliquam stuprasset, Carpz. Qu. 69. Meirich. d. l. n. 34. (Nimis tamen severam hic forte ferret sententiam Beza qui dist. loc. p. 87. ad casum in c. 26. propositum: Ego vero ait, si Magistratus essem, hunc nodum alio modo expedirem, quo videlicet impurus hujusmodi sacri conjugii temerator, & honesta mulieris corruptor, strangularetur) qui praeter ea ad id quoque adigendus erit, ut si ducere nolit virginem defloratam, eam congrua dote instruat. Sed eum poenae loco ad matrimonium involuntarium contrahendum cogi oportere, id est, de quo ego valde dubito.*
- 36 *Ad id autem ut firma atque legitima dici possint sponsalia, praeter desponsandorum consensum, Parentum quoque approbatio omni jure*

ET IN SPECIE IN JURE CIRCA PERSONAS. 55

jure requiritur. *Deut. 7, 3. 1 Cor. 7, 37. 38. pr. 7. d. Nupt. l. 7 ff. 1. eod. c. 1. C. XXX. Q. 5* Nunc igitur videndum, quid ad eum demonstrandum valeant V. H? Equidem si Pater ignorans quid inter Liberos tractetur, 37 & in negotio plane extraneo verbis blandioribus utatur, Filii sui sponsam *Filiam suam dilectam*, seine liebe Tochter appellitans, exinde ad tacitum concludi non poterit consensum, quia de quo non cogitavit, id id consensisse non videtur, ne actus agentium ad non cogitata extendantur, contra *l. 19. ff. de Reb. Cred.* Nec nominatio Filix obstabit, cum senes pleriq; puellas indifferenter Filiarum titulo ac nomine insignire soleant, ideoq; talis appellatio ad probationem paterni consensus non sufficiat, quemadmodum decidit Confistor Saxon. Elect. vid. *Carpz. L. II. Def. 42 in fin.*

Eademq; obtinebit Decisio, si Parens, cui plane nondum de Per- 38
sona desponsanda constat filio suo in futurum consensum suum impertiat. *Du magst dir eine Frau nehmen wo du wilst ich will dir nicht zu wieder seyn.* Nondum enim hac ratione filius a necessitate consensus paterni liberabitur, nec Pater imperio vel jure contradicendi, si legitima adfuerit ratio abdicasse sese existimandus est. Quippe cum generalis Consensus quaerendi Uxorem non sufficiat, ad obligandum Patrem, sed Persona matrimonio jungenda ut ei demonstretur, necesse sit. *L. 34. pr. ff. d. R. N. Reusner. L. 1. Conf. V. n. 41. Excell. Dn. Praef. dissert. de Matrim. per subst. contrab. cap. 1. n. 69.*

Sed quid si siverit Pater de sponsalibus inter Liberos agi, iug; ver- 39
ba urbana applaudit? Resp. Hoc casu quamvis expressus consensus verbis honoris non probetur, probari tamen tolerantiam, quae ad firmitatem sponsaliorum sufficiet, cum Pater expressis verbis dissentium suum non exprimens, pro consentiente habeatur. *L. 7. §. 1 ff. d. sponsal. Mey. P. II. Dec. 40. & P. IX. Dec. 198. §. 99.* Dissentire autem non videatur, qui benevola oratione filium alloquitur, & sciens de sponsalibus inter Liberos agi verbis festivis iis applaudit; sed ea potius de probatione quam de reprehensione actus gesti testentur.

Ista autem Patris dissentienti facultas non eo se extendit, ut ei 40
liceat pro lubitu dissentire, vel Filium praecise ad illam ducendam, quam ipse elegit cogere *L. 19. ff. de R. N. L. 12. & 14. C. de nupt. Brun. 7. Eod. L. II. c. 10 § 5. Schneiderv. de Nupt. P. II n. 41* Nec quicquam hic no-
cebit filio, si forte urbanis verbis promiserit: *Er wolle sich niemals*
dem

56 CAP. IV. DE EFFECTU VERB. HON. IN JUR. PRIV.

dem Vater zu wiederlegen/ sondern ihm in allen gehorsam seyn; vel si reverentia ista Pamphilia apud Terentium formula utatur: *Tibi pater me dedo, quidvis oneris impone, impera, vis me uxorem ducere & hanc amittere? ut potero feram.* Utut enim laudandus sit, qui Parentibus utpote qui praesumuntur ob affectum paternum optime liberis consulere, morem gerit, & juxta effatum Senecæ: *Nulla vi verborum exprimi possit, quantum opus sit, quam laudabile, possit hoc dicere: Parentibus meis parvi, cessui imperio eorum, sive aequum sive iniquum fui, obsequentem submissum, me praeui.* Actamen invitum quempiam, ad ingressum thori conjugalis, jure cogi posse exinde nondum probatur. Vid. Christ. d. 7. *matrim. dist. 1. Qu. 7.* neq; Parentibus ex tali promissione, licentia data est, contra juris dispositionem Liberos, ad matrimonia constringendi, a quibus abhorrent. Atq; sicuti sapius firmiori vinculo innectit Liberos, obsequium naturale parentibus debitum, quam Lex civilis aut pacta eos intercedentia. add. *L. 35. §. 1. Testam. d. inoffic. C.* ita idem quoque in praesenti casu evenit.

- 43 Verum enim vero firmiter contractis sponsalibus variæ desponsatos quoq; intercedere solent blanditiæ, cum eo tempore serventissimus sit Conjugum amor. Multa igitur tum ex amore solent proferri, quæ seriæ adversantur intentioni, id eoq; ad obligationem firmam trahi nequeunt. Hujus farinae sunt formulæ quibus sponsus sponsam, *Dominam, Reginam*, & quid non? appellat, vel conceptis verbis ei promittere solet: *Er wolle gerne alles thun was sie verlange; It. Er*
- 44 *wolle allezeit Ihr gehorsamer Knecht seyn.* De his talibusq; verbis dubitari poterat: *An inde ad abdicacionem imperii maritalis concludere liceat?* Nimirum servum se dicere, & Imperium affectare contradicoria sunt; & qui in omnibus se alteri subfuturum promittit, is certe imperare nequit. Et ita quoque sentit Autor scripti, jocosum tamen
- 45 *magis quam serii, von der Herrschafft der Männer über die Weiber/ quod est append. Tom. III. Observat. Germ. Hallens. dum §. 12.* hisce verbis utitur: *Man siehet ja sein blaues Wunder wie sie (Masculi) sich frümnen und beugen/ und bey Seel und Seeligkeit der Geliebten Personen allen ersünlichen Gehorsam versprechen/wenn sich sich nur resolviren würden ihn um Gottes Willen zum Gemahl anzunehmen.* Betrüget ihr nicht auf diese Art das Weibes Volk / wenn ihr sie
- 46 *hernach commandiren wollet.* Facile igitur imperiosa fortassis Mulier, argu-

ET IN SPECIE IN JURE CIRCA PERSONAS

57

argumentum ex talibus formulis ad pilei (auf teutsch nennen sie es die Hosen) vindicationem elicere possit. Imo plane abrogatam ho-
die diceres potestatem maritalem, si conversationem Juvenis cum
Virgine spectans, seria putares verba inter eos commutata. In qua
ille gloria sibi ducere solet, quo submissioribus atq; humilioribus
verborum condimentis virginem sibi amatam excipit; Hæc vero
turpe habet, simili civilitate Juvenem dignari; gloriosum potius ex-
istimat, si frigulculum simulans, officiositatem istam, tanquam sum-
mo jure debitam, severioribus gestibus excipere possit.

47

Sed salva tamen adhuc res est, & maritis salvum nihilominus 48
& integrum manebit Imperium maritale. Licet enim nolim eorum
sententia accedere, qui inorem talem convulsæ ambitioni Mul- 49
erum originem debere, adeoq; magis in vituperium quam honorem
fœminini sexus interpretandum esse, existimant; is tamen qui ex eo 50
ad prærogativam sexus sequioris, & abdicacionem potestatis mari-
talis argumentatur, admodum lubrico nititur fundamento, quod illi
clarissime patefecit qui in quem finem formulæ istæ honorificæ adhi-
bitæ fuerint consideraverit.

Cum nempe ob cultum verecundiæ puellas decentem L. 20. C. 51
d. nupt. non conveniat fœminis ut viros sibi pro lubitu, eligant & se-
cundum verba L. 14. C. d. contrab. & comm. stipul. Mulieres naturalis pudor
non omnibus sse manifestare concedat. quæ germanice efferimus: Sie
müssen sich nicht ausbieten. Hinc Mascarum est, ambire atq; expe-
tere uxorem; Eorum igitur quoq; erit, majori urbanitate quas am-
biunt excipere, gratiamq; desideratam aucupari; præsertim cum s. m.
per pluris faciant semina hos qui ardentissimis eas requirunt precibus, quam
qui expectant, usq; dum e fenestris prolapsæ in amplexus ipsorum incidant.
jocante Guazz. d. Civil. convers. p. 686. Atq; in eum finem Juvenis a- 52
mator ad placitum illarum verba mellita proferre non detrectat,
non vero quod obligationi firmæ se innectere aut jura sibi compe-
tentia jactare voluerit. Nec enim insolitum est, ut infimæ quoq; for-
tis hominem in nostras partes pertractaturi, honorifica compellati-
one excipiamus; cum tamen inde nostro aut a'terius honori nihil
quicquam vel decedat vel accedat. Civilitatis ergo & urbanitatis
causa prolata, civiliter quoque interpretanda sunt.

Idemque respondendum iis, qui objiciunt exempla Virorum 53
(quos

H

38 CAP. IV. DE EFFECTU VERB. HON. IN JUR. PRIV.
(quos Bardos dicit Tiraquellus) uxores suas *Dominas* nuncupanti-
um, quæ patent ex *L. 41. pr. ff. d. Leg. III. L. 19. §. 1. d. Ann. Leg. L. 40. §. 1. d. Aur. Ar. leg. Nov. 74. c. 4. pr.* atq; hunc morem Latinis & Græcis admodum solennem fuisse, variis exemplis probat Tiraquell. *ad L. Connubial. P. V. n. 11. sqq.* Chaffanæ *Catal. glor. mund. consid. 31.* Esse enim atq; dici inter se quam maxime differre notissimum est, distaq; ultra verborum civilitatem extendenda non sunt.

14 Quod eo magis verum, quia pactum, maxime etiam serio ini-
tum, de Imperio Uxori concedendo, nullius plane est valoris. Ad ea namq; quæ Legibus divinis, humanis & honestati repugnant nemo se obligare potest *L. 7. §. 16. L. 38. ff. d. pact.* Bodin. *d. Republ. L. 1. c. 3.* etiam si iuramentum accesserit, *c. 13. C. XXII. Qu. 3. c. 18. X. d. 7. jur.* Tale pactum autem omni juri contrariari, patet tum ex J. Divino. *Genes III. 16. Ephef V. 22 sq. 1. Cor. XI. 3.* tum ex J. Civili. *L. 12. C. qui pot. in pign.* tum ex J. Canon. *c. 17. C. XXVIII. Qu. 5. c. 15. ibid. c. 7. C. XXX. Qu. 5.* Deniq; ex moribus gentium id probat Tiraqu. *ad L. connubial. P. 1. n. 3. sqq.* ideoq; Viri quibus Uxores dominantur, contemptibiles sunt & habentur pro vilibus & abjectis personis. *Bullæ, Hor. subciv. Dis. urf 3. Miscell. 12.*

56 Neq; est, ut deceptionem sceminarum cum supra citato Auto-
re objicias, cum non credendum sit, eas adeo simplices fore, ut con-
ditionis suæ ignoræ, non noverint, dominatum suum ultra colum,
pensum & fufum non extendi. *Gail. L. II. O. 44. n. 3.* & si quæ sint, quæ
57 arrogantia occætat, id se ignorasse prætendant, hæ turpitudinem
potius propriam manifestabunt, quam ut deceptas se esse, jure dole-
re queant.

58 Similis effectus Verborum Honoris erit in renuntiatione juris
castigandi uxorem. Huic enim, cum sit effectus maritalis potestatis,
non renunciare censetur Maritus, qui civilibus honorificisq; formu-
lis uxorem vel sponsam excipit: *Er wolle Zhr niemals kein böß Wort
sagen.* Præterquam enim quod renuntiatione striçte interpretandæ
sint, adeoq; specialia ad earum validitatem requirantur verba, quibus
enixa demonstretur voluntas *Tusch Lit. R. Cönel. 180. imo in dubio
contra eas sit pronuntiandum Decian L. 1. Corf 52. n. 23.* Generalis ista
formula, quæ omnem plane correctionem excludit (quod & illicitum
dicerem pactum, arg. *L. 27. §. 4. ff. d. pact. §. L. 23. d. R. 7.*) partim ex urba-
nitate

ET IN SPECIE IN JURE CIRCA PERSONAS. 59

nitare prolata, partim de eo casu intelligenda, nisi uxor meruerit; id-
 eoque; parum hinc subsidii sperabit Mulier improbata, si terminos ob-
 sequii nimium transgressa fuerit; sed Marito salva manebit potestas,
 verberibus quoque, si opus fuerit, castigandi Uxorem.

Obiter autem liceat quæerere: *an valeat pactum, si serio dixerit:* 59

*Ich will sie mein Tage nicht schlagen/wenn Sie es auch gleich meri-
 viren sollte/& sponsa vel uxor id acceptaverit?* Negativam tuentur ple- 60
 riq; Doctores, vid Theodof. Schæpffer. *d. Stat. Viduit. mur. L. 1. c. 12. n.*
72. ibiq; citat. Roland à Vall. *Vol. III. Conf. 27. n. 14. Mev. ad J. Lub. P. II.*
Tit. 2. art. 12. n. 440. Esbach. *ad Carpz. P. III. C. 26. def. 6. n. 2.* quo facit ver- 61
 fio Nicolai de Lyra qui verba *Genes 3. 16.* ita reddit: *Uder de Macht*
des Mannes werstu wiefende/ un he schall äber dy herrschopen/ dy va-
essen tho pyneghende un tho schlande. Ego vero cum Illust. Dn Stryk. 62
ass. d. Oper. Uxor. Cap. 1. §. 16. valere tale pactum existimo, cum non o-
 mnis hinc correctio tollatur, nec essentia potestatis maritalis in ver-
 berando consistat, sed Uxor immorigera aliis modis ad meliorem
 partem redigi possit.

Alter patriam potestatem constituendi modus est Adoptio; 63

Hæc autem cum actus dicatur esse legitimus, non magis ac prior, nu-
 dis conficietur verbis honoris, quod ex *L. 14. C. d. probat.* aperto eluce-
 scit; idemq; de Legitimatione, afferendum erit; quamvis enim solam 64
 nominationem filii sufficere ad legitimandos naturales nonnulli ex-
 istiment, Harprecht. *ad pr. J. de Hered. qui ab Intest. n. 314* aliiq; attamen
 ea nominatio partim solennis sit oportet. vid. *Nov. 117. c. 2* partim non
 legitimationem conficere, sed matrimonium tantum probare, &
 præsumptionem pro liberis gignere, ab aliis creditur. Vinn. *ad §.*
ult. J. d. Nupt.

Ex dictis simul apparet, quid citra paternitatis aut filiationis 65
 probationem valeat nominatio blanda filii vel Patriæ. Cum nempe
 Patria potestas non exerceatur, nisi ab iis, inq; eos, qui legitimos se
 Parentes liberosq; probarunt, variis autem casibus contingere sole-
 at, ut de sobolis vel Parentum certitudine vel Parentes vel Liberi du-
 bitare incipiant, hinc Doctores varios quasi possessionem filiationis
 (vera enim filiationis probatio admodum difficilis, imo respectu Pa-
 tris fere impossibilis est) probandi modos suppeditare solent, in qui-
 bus nominatio ista filii locum quoq; invenit. Sed cum hic sæpius cite 66

60 CAP. IV. DE EFFECTU VERBOR. HON. IN J. PRIV.

- verba civilitatis se offerant, & quotidie senes a Juvenibus *Parentes* & hos vicissim ab illis *filios* appellari audiamus, imbecille inde ad Patriam potestatem, vel filiationem hauries argumentum. Doctores enim hic requirunt verba non perfunctorie, sed principaliter, enixe & in actu, qui soli filio convenit, prolata, vid. Palæott. *d. Notb. & spur. cap. 23. § 2.* Baptista *Alfa. Prax. Judic. P. II. §. 1. cap. 20. 21.* Talis vero nominatio, qua senex Juvenem in actu indifferenti & inter Amicos dicit: *Seinen lieben Sohn*, blandiendi potius, quam veritatis gratia fieri solet, Mascard. *d. probat. Consil. 790. n. 3. & 37. supr. n. 37. huj. Cap.* ideoq; ad necessarium argumentum trahi nequit, etiamsi ista appellatio fuerit reciproca *L. 14. C. de Probat.* Idemq; judicium erit in fraternitatis probatione, & eo, quod se diligant & tractent ut fratres, seq; invicem fraterno nomine ex amore & familiaritate compellent, quales sunt, e. gr. die *Duſbrüder* / *Ambtsbrüder* / *add. supr. cap. III. n. 46.* ad veras veræ fraternitatis effectus concludere nequaquam licebit. *L. 58. §. 1. ff. de Hered. Instit. L. 13. C. de probat. Wesenbec. Consil. 13. n. 47.*
- 69 Atq; hinc argumentum quoq; duci non plane incongrue poterit, ad alias appellationes honorificas. Hinc nec probatio Nobilitatis ex eo inducitur, quod Princeps cui jus nobilitandi competit, aliquem Nobilem appellaverit, Tiraqvell. *d. nobilit. c. 6. n. 24.* quamvis enim tacite quoq; plebejum nobilitare queat Princeps, attamen tacita ejusmodi voluntas, non ex nuda blanda compellatione præsumenda erit; quemadmodum & Papa, *si quem sub titulo cujuslibet dignitatis, verbo, constitutionibus, aut Literis nominet, vel honoret,* hoc ipso tamen eum in dignitate approbare, aut quicquam novi juris ei tribuere intelligi non vult, secundum *Clem. 4. d. sent. excommun.* similiter Doctoratus etiam inde non probabitur, quod quis ab aliis Doctor fuerit nominatus, vid. *Walther. d. Jur. & Privil. Doct. Cap. 22. §. 168.* quippe cum simplices homines mox pro Doctoribus reputare soleant, quos licibus, vel morbo forte implicati consulunt, & hinc sapissime Doctores compelluntur, qui nunquam tales fuere vel erunt.
- 72 Sed pedem ulterius promoveo, & ad eas personas me confero, quæ sui juris esse dicuntur; e quibus hos seligo, qui sunt sub tutela, de effectû V H. circa tutelæ constitutionem nonnulla consignaturus. Quæ quamvis regulariter si a defuncto deferatur, testamento soleat constitui, aliquando tamen etiam a promissione incipere solet; quæ tantæ

ET IN SPECIE IN JURE CIRCA PERSONAS.

61

tanta est efficaciz, ut is qui Patri pupilli se tutelam suscepturum promisit, postea se excusare nequeat, §. 9. 7. d. Excus. Tut. L. 15. §. 1. ff. eod. Seria tamen hic sine dubio prius probanda erit promissio. Cum namq; tutelæ munus varia secum trahat onera, atque incommoda, (quo pertinet satisdatio, Inventarii confectio, rationum redditio &c. vid. L. 31. §. fin. ff. d. excusat. Tutor.) ideoq; sæpissime in Legibus onus dicatur, L. 3. §. 32. 36. ff. d. 1. certe ex verbis generalibus non præsumendum erit quenquam ad eam se obligasse, quia communis hominum mos est, labores & molestias si possint subterfugere. Mev. P. IIX. Dec. 33. n. 17. Expressa igitur potius probanda voluntas, talibus verbis declaranda, quibus non ad aliud negotium quam ad tutelam concludi potest. Nec quisquam, me quidem Judice, ad Tutelæ se obligasse videtur onus, qui Parenti ita forte respondit: Er bestümmere sich nicht / Ich will mich seiner Kinder nach Möglichkeit annehmen; Cum enim dicta formula æq; commode ad alia officia v. gr. se consiliis, opera, commendatione &c. alijsq; si opus fuerit Liberos adjuturum, cur in specie ad tutelam applicentur? Cum quoties plures possunt esse intentiones agentium, toties non licebit præcise ad unam illarum certo inferre argumento, ac multo minus ad eam quæ promittenti maxime erat onerosa, sed verba generalia ad eum potius casum restringenda erunt, qui damnum vel incommodum alterius excludat per L. 9. ff. d. servit. Alia tamen Decisio obtinebit si verbis specialioribus se obtulerit, v. g. Er wolle als Vater bey ihnen handeln / de quibus vid. Illustr. Dn. Stryk. diff. d. Civil. Nociv. cap. 2. §. 32. 399. quamvis nec hæc formula eo extendi debeat, ut alimenta gratuita ea contineantur. Stryk. d. l.

Si non adsint excusationes legitimæ, invitis quoq; regulariter Tutelæ munus demandari posse, uti notissimum, ita verisimum est. L. 9. ff. de muner. L. 3. C. de suscept. Tut. paucis igitur dispiciendum erit, an secus se res habeat, si Testator verbis urbanis constituerit Tutorem, v. g. Titius, si velis, filio meo Tutor esto; qualis formula deprehenditur in L. 23. §. 1. ff. testam. tut. Equidem si ita intelligas hanc formulam, ut conditionem efficiat, & plane in arbitrium alterius conferatur, an velit Tutor esse vel non; vulgo: Er stelle es lediglich in Titii Gefallen; ob er wolle seiner Kinder Vormundschaft auf sich nehmen; invitus hinc non obligatur Tutor. At vero si præter verba benigna

73

74

75

76

77

78

79

80



62 CAP. V. DE EFFECTU VERB. HONORIS
 atq; honoris nihil contineant v. g. Ich sehe es gerne/ wenn Titius von
 der Güte seyn wolte/ &c. *Admodum mihi gratum foret, si Titius tutelam
 suscipiat*, tum certe talis in testamento datus Tutor a Damni restitu-
 tione non liberabitur, si hac formula filius, excusationes iusto tempo-
 re allegare aut confirmationem petere neglexerit *L. 6 C. de Test. Tut*
 Neq; sola allegatio voluntatis sine probatione impedimentorum
 hoc casu sufficiat.

CAP. V. De Effectu Verb. Hon. circa Jus in re.

SUMMARIA.

*Ingressus. n. 1. seq. Donatio non presumitur 3. sqq. Quid hic valeant V. H. 7.
 Exempla proponuntur. 8. sqq. De formula: Res tua est. 11. seq. An accep-
 tasse dicatur, qui se extenuat. 14. sqq. De formula: si tibi placuerit. 16.
 sqq. An qui promittit gratitudinem, vi pacti obligetur? 19. sq. In Testa-
 menti maxime seria voluntas requiritur. 22. sq. Praesertim in solemnibus
 26. sq. An etiam in militari? 28. Vel Testamento ad pias causas. 29. Circa
 revocationem Testamentorum nihil quod, valent V. H. 30. sq. An oblige-
 tur filius formula: se Patri obsequium praestitutum, ut in officiosum impu-
 gnare nequeat Testamentum? 32. sq. De effectu V. H. in fideicommissis
 prolixius differtur. 34. sqq.*

- 1 **J**uris in re species licet à nonnullis unica tantum, ab aliis duæ, ab
 2 **I**nter eas vero primas partes tenet Dominium, cujus acquirendi
 modi alii ad Jus Gentium, alii ad Jus civile referuntur. §. 11. 7 d R L.
 1. pr. ff. d. Acqv. Dom. Pleriq; solo facto citra verborum ceremonias
 absolvuntur, ergo misis reliquis solam donationem hic considerati-
 onem aliqualem mereri existimavi; quippe quæ non raro à promiss-
 ionibus incipere solet, quibus sæpiusculæ verborum flosculi feræ in-
 tentioni adversantes interfunt. Quis igitur eorum circa probatio-
 nem donationis effectus sit? nostræ nunc erit quæstionis.
- 3 **C**um donare sit perdere, *L. 7. pr. ff. d. Donat.* Nemo autem ita
 4 **P**robat. Hinc Doctores uno ore asserunt: Donationem in dubio non
 presumi: adeo ut quælibet alia præsumptio admittatur, & fatua po-
 tuis causa aut error juris, quam donatio præsumatur, etiam si adus
 plane

CIRCA JUS IN RE.

63

plane invalidus fiat, quæ prolixis allegatis probat. Illustr. Dn. Klein. Sereniff Duc Mecklenb. Cancellarius eminentissimus &c. olim Præceptor nunc Patronus omni obsequii cultu venerandus. *dissert. de Donat. presump. in pres.* Hinc eam probaturus ante omnia serium consensus & voluntatem donandi certam, evidentibus demonstrabit argumentis vid. L. 7. & 8. C. de Donat. ibiq; Gothofred. Ideoq; admodum cautos accuratosve circa hanc materiam invenies Doctores, & ne invitus quis facile ad donandum cogatur, distinguentes inter propositum & promissionem; hanc quidem firmiter promittentem adstringere, illud vero etiam si verbis declaratum fuerit, nullam inducere obligationem. Molina d. 7. & 7. *Disp.* 262. & 263. imo si ambiguum sit, num verba solum propositum, an vero promissionem significant, interpretationem eorum ex animo proferentis desumendam esse addit Molin. d. l. *disp.* 262. p. m. 37. idq; ex hac potissimum ratione: *Ne in gratuitis plus quis obligetur, quam se ipsum obligare intenderit.* Quamvis nonnunquam nimis verborum curiosi esse soleant circa hanc distinctionem, differentiam fingendo, inter formulas, *faciam, & promitto facere;* vid. Soto d. 7. & 7. L. VII. Qu. 1. Art. 2.

Hisce præmissis quantum hic valeant verba nostra honoris, sole meridiano clarius evadit, quippe quæ, cum ne quidem propositum nedum promissionem seriam contineant, ad firmiter obligandum ista proferentem omnino nihil conferent, sed uti alias, ita & hic citra effectum evanescent. Et huic fundamento innituntur decisiones casum in communi vita quotidie se nobis offerentium, quorum nonnullos in sequentibus adjecisse non ingratum erit.

Infirmo igitur plane argumento ad res donatas sibi tradendas uteretur is, qui rogans quempiam de aliqua re, responsum tulit: *Non bene solum sed, quamvis aliam tibi dabo; vel: omnia mea bona tua sunt;* cum ita jactatus sermo non tam incivilter capiendus sit, ut illum proferens videatur omnia sua bona donasse Coral. ad L. si cui 9. ff. de serv. sed tanquam assentatoria & benevolentia gratia prolata verba, nullam plane inducant obligationem; quæ communis omnium Doctorum opinio est. Boer. *Decis.* 153. Bertachin *Rep. Jur. voc. verba p. m. 223.* adeo, ut ita promittens, ne quidem ad rem in petitione expressam tradendam firmiter adstringatur. Dn Hopp. *Dissert. de Joco cap. 3. §. 7.* ibiq; citat. & hoc præsertim probat *Decisio c. 6. X. d. Instit. vers. Ipse vero*

- 10 *vero timens.* Dissentit hic Excell. Dn. Stryk *Dissert. d. Civil. Nociu. cap. 4. §. 7.* ex hac potissimum ratione: quod adulatio adulatori non debeat prodesse; at vero consentit Idem *in Dissert. d. 7. Blanditiarum c. 3. n. 18.* nec ratio adducta hic quicquam efficit, communi Doctorum
- 11 opinione, verba adulatoria non obligare, obstantē Nec aliud dicendum de formula, quam quidem rem eam danti respondet *Sie stehet zu des Herrn Diensten/* cum hæc æq; ad alium usum, quam donationem referri queat, & donatio non præsumatur.
- 12 Sed an firmiori tenebitur vinculo is, qui rem aliquam laudanti, vel etiam petenti, non tam vagis aut generalibus, sed specialioribus verbis respondit? v. g. *Res tua est* &c. Et quamvis verba ista aptiora videantur ad consensum demonstrandum, & donationem probandam, attamen si seria mens ista proferentis ex circumstantiis colligi nequeat, hac responsione veram donationem non perfecte probari,
- 13 id est quod defendere sustineo. Verecundia enim amicitiz sapientule ita responderi, & formulæ tales in modum liberalitatis proferri solent. Boer. *d. l. n. 38.* Ideoq; Bartol. *ad §. 1. 7. de Milit. Testam. casum* propositum, ubi quis laudanti domum, respondit: *Certe Domine Domus Vestra est,* decidit: talem modum loquendi non obligare. Et huc potissimum quoq; pertinet illustre exemplum Ducis Sabaudiz, qui Regi Galliz copias auxiliares petenti A. 1690. sub hac urbanitatis formula annuerat: *Que sa Maïeste en estoit le Maître;* Sed implementum promissionis urgenti Ministro Regis Carinat, regerebat: *Quand on écrit a un grand, que tout ce que l'on a, est a son service, qu'il est Maître de cecy & de cela, & de disposer absolument de tout, ce n'est qu'une expression extrêmement obligante, qui ne signifie rien, & ne tire a consequence aucune obligation positive.* quæ plenius recenset Dn. Scheinem. *cit. Dissert. §. 18.*
- 14 Ad perfectionem donationis, firmiterq; obligandum donantem, requiritur porro acceptatio Donatarii, Excell. Dn. Præses *Synops. ff. d. donat. n. 9.* Hæc autem quin verbis honoris quoq; abso. vi possit, nullum dubium est. Hinc si v. g. acceptationis loco Donatarius uratur formula se extenuandi: *Et wäre so g. osser Güte nicht iwerth?*
- 15 ejusdem illa ac vera acceptatio erit valoris. Extenuationem enim sui non ea intentione factam esse, ac si se revera isto munere indignum judicaret, ideoq; oblatum renueret, clarissime demonstrat philanthia hominibus innata, qua unusquisq; se aliis digniorem existimat nec

CIRCA JUS IN RE.

65

nec facile donata reculat; cumq; natura nobis magis desiderium habendi & quærendi, præsertim gratuito, quam alienandi, inditum sit, hinc istam formulam meri honoris causa, & ut eo magis civilitate sua ad propositum implendum incitet donantem, adhibitam fuisse, facillimo licet colligere negotio, quæ igitur donatori pœnitendi facultatem prorsus adimet.

Idemq; judicium ferendum de formula: *si volueris, aut: si ita tibi placuerit*: vulgo: wenn der Herr von der Güte seyn will/ soll es mir lieb seyn &c. Quamvis enim Molina (quem Hahn, *ad Wesenb. d. Rit. nupt. circ. fin.* Theologiæ moralis & Juris Naturæ consultissimum dicit.) *d. 7. & 7. Diss. 264. p. m. 52.* existimet: istis verbis non plene acceptari, sed executionem arbitrio promittentis relinqui, & hinc promittentem nondum firmiter teneri existimet; Mihi tamen contrarium placet; cum conditio *si placuerit* civilitatis atq; urbanitatis gratia tantum adjecta, non in damnum & incommodum urbani donatarii detorqueri debeat; cumq; Molina in proxime antecedentibus demonstrare nisus fuerit, taciturnitate quoq; plenam & integram acceptationem confici, cur verbis expressis de consensu testantibus minor tribuatur effectus? Non itaq; dubito concludere, si seria præcesserit promissio, urbanam istam responsionem, facultate resiliendi privare donantem, ideoque ad firmitatem donationis maximum conferre momentum. Notanter autem dictum, si promissio præcesserit, quippe cum aliter decidendum sit, si quæstio solum præcesserit, v. g. Will er dis haben? vel: Soll ich Ihm dieses Buch schenken? Hoc enim casu, ad perfectionem donationis requiritur, ut responsionem ista ne sequatur confirmatio donantis, quippe qui quæstione ista se nondum obligasse censendus est, secus ac in promissione, de qua antea.

Aliis præterea iisq; officiosis quam maxime atque civilissimis formulis a Donatario parci non solet; cumq; nemo adeo inurbanus sit, qui beneficium in se collatum absque plenissima officiorum suorum reprobatione recipiat, dubium hinc mihi enascitur, an qui gratitudinem suam qualicumq; officiorum oblatione restatur a Donante postea eju opia indigente, ad eam exhibendam vi pacti adigi possit? Affirmat id Dn. Stryk. *ante cit. dissert. de Civilit. Noctiv. cap. 4. §. 3.* si a parte altera accesserit acceptatio, quia pacta serio inita servanda sunt *L. 1. pr ff. de pact. præsertim moribus Mev. P. V. Decif. 407.* At vero huic sententia

- tiæ ut accedam partim prohibet natura gratitudinis, quæ hæc est ut meri ea sit arbitrii, nec actione civili quis ad eam compelli debeat, cum alias dignitas ejus atq; præstantia pereat. Pufendorf. *de O. H. & C. P. l. cap. 8. §. 8.* Partim vero circumstantiæ negotii, utpote quæ abunde testantur, verba ista officiosa, non prolata esse, ut obligarent, sed tantum, ut gratiarum actionem extenderent, & civilitatem in præsentiarum demonstrarent, id quod ipse Dn. Stryk. *d. l. largitur.* Quomodo autem serium pactum fingere poteris, ubi ab altera parte nil serii intercescit, præsertim, cum hic potissimum promittentis (utpote obligandi) non vero acceptantis intentio consideranda sit:
- 22 Quartam Juris in Respeciem constituit Jus hæreditarium, quod vel ab intestato, vel ex Testamento deservit. Maxime a sollicitis invenimus Legislatores circa ultimas Hominû voluntates, ut pro Lege illæ observentur; Unde de favorabili Testamentorum causa ubique fora repleta sunt, & Paulus *L. 5. ff. Testam. quemadm. aper. publice,* ait, expedire, suprema Hominum judicia exitum habere, atq; Imperator Constantinus, in *L. 1. C. d. SS. Eccles. Nihil est, quod magis Hominibus debeat, quam ut suprema voluntatis, (postquam jam aliud velle non possunt) liber sit stylus & licitum quod iterum non redit arbitrium.* Non autem quælibet voluntatis nostræ sententia istum meretur favorem, sed justa *L. 1. ff. qui test. fac. poss.* Hoc est, secundum Juris Civilis Regulas ordinata. *L. 4. ff. d. t.* quippe quod ad varias eam solennitates restringere solet; non alio tamen fine, quam ut eo certius de seria constet voluntate, & omnis fraus atq; simulatio hinc removeatur. Quamdiu igitur seria Testatoris intentio deficit, aut simulatio aliqua adest, tam diu testamenti nomine insigniri nequit talis dispositio. Nec enim statim pro testamento habendum, si quis v. g. in convivio vel Conversatione familiari promiserit, se Titium hæredem facturum, quippe cum ea indeliberato prolata, negotii serii vim habere nequeant, non magis ac Literæ quibus hereditas promittitur vel affectus animi exprimitur, Testamenti vim sortientur *L. 17. ff. d. 7. Codicill. vid. Hopp. d. Joco cap. 4. §. 3. sqq.* adeo ut ne Principis quidem institutio, verbis istiusmodi jactatoriis facta, quicquam valeat *L. 31. ff. Qui Test. fac. poss.* ut hinc merito notetur Domitianus, qui vel alienissimas hereditates fisco addicere solebat, modo unicus existeret asserens, se ex defuncto aliquando audivisse eum Casarem heredem facturum, vid. Vinn. *ad §. 1. J. d. Misi. Test. verb. vera judicia subverterentur.* Et
- 23

CIRCA JUS IN RE.

67

Et de solemnibus quidem Testamentis indubium hoc erit, verbis ostentationis causa prolati non confici actum tot solemnitatebus conficiendum, cum etiam si maxime serio voluntas declarata sit, attamen deficientibus requisitis legitimis, ista declaratio nulla sit, & injusta *L. 1. ff. de Injust. Rupt.* At vero si ad Milites questio applicetur, majori fortassis robore istiusmodi verba gaudebunt. Dum eorum voluntas quoquo modo testati fuerint, rata esse debeat, & citra ulla solemnitates ad bonorum suorum divisionem faciendam sufficiat. *L. 1. pr. ff. d. Test. Milit. L. 40. ff. eod. L. 3. C. d. t. & stabilis sit, vel clypeo, vel pulveri, loco chartæ inscripta. L. 15. C. d. t. ibiq; Brunnem.* Verum enim vero, non alia tamen, quam in priori, hic obtinebit Decisio; cum privilegium militare circa solemnitates Testamentorum, sic intelligi debeat, ut nihilominus constare debeat testamentum factum esse. *L. 34. ff. d. 1.* Atq; licet solemnitates remissæ, probatio tamen seriæ voluntatis necessaria utiq; est; cum alias unusquisq; se ita institutum finire possit. *ad. ext. L. 40. pr. ff. d. 1.* Aliter ita ratum non erit, quod Miles pronuciavit, nisi ex circumstantiis appareat, eum animum con-
dendi Testamentum habuisse *Vinn. ad §. 1. 7. d. Milit. Test. verb. plerumque sermonibus. Hopp. Harprecht. aliq; ad d. §. Hopp. d. Joc. cap. 4.*
Qui tamen nondum apparet ex eo; quod Miles in plerumq; sermonibus fieri solet, alicui dixit: *Ego Te heredem facio. §. 1. 7. d. Milit. Test. L. 34. ff. eod.*

26

27

28

Ac idem quoq; de Testamento ad pias causas pronuciandum, Cujus quamvis cæteroquin maximus soleat esse favor, *Struv. s. f. C. Ex. 32. ib. 23. Menoch. Consil. 224. n. 64. Stuck. Consil. 23. n. 293.* adeo ut etiam enunciativa verba favore piæ causæ disponant. *Alexand. L. VI. Conf. 190. n. 25. §. 99.* Attamen ea ex *Tusch Lit. V. Concl. 81. n. 141.* ita declaranda sunt, ut verba sint deliberata animo disponendi. Nullus enim causæ favor locum inveniet, ubi adest defectus seriæ voluntatis *Boer. Decis. 240. n. 5.* & ratione voluntatis imperfecta dispositio nec ad pias causas valebit. *Hillig. ad Donell. L. VI. c. 10. Lit. f.*

29

Sicuti autem in confectioe, ita quoq; in revocatione Testamentorum, nullus plane verborum Honoris erit effectus; ideoq; si defunctus, perfectio Testamenti in quo extranei instituti, à Cognatis admonitus, ut sibi quid relinquat, respondeat: *se cogitaturum, & prius Testamentum mutaturum,* vel: *Er wolle schon vor sie sorgen/das sie was befehlen;* Certe si id postea non factum, Cognatis nulla ex talibus
I 2
verbis

30

verbis competet actio, sed Testamentum antea conditum summo
 31 potius jure subsistet. Cum enim nihil tam naturale sit, quam ut quo
 m odo aliquid colligatum, eodem etiam dissolvatur *L. 35. §. 100. ff. d. R.*
 7. ideo Testamenta, quæ deliberato prorsus consilio condita simili
 deliberatione iterum mutanda erunt alias mutatio voluntatis in du-
 bio non præsumitur. *L. 3. ff. d. prob. L. 22. in fin. ff. d. Leg. 2.*

Præter generalem hanc circa ultimas voluntates Regulam, non
 32 desunt quoque casus, in quibus in specie civilitati omnis obligandi vis
 à legibus dempta est, quorum exemplum nobis offert *L. 35. §. 1. C. d.*
inoffic. Test. Si nempe filius Patri se exheredaturo, ex reverentia atque
 civilitate promiserit: *se voluntati ejus obsequium præstaturum*, vel: *Er*
lasse sich gerne alles gefallen was der Vater mit ihm anfangen wolte.

Etenim tali pacto in *d. L. 35. §. 1.* omnis obligandi vis adempta est, ita
 33 ut filio urbano ita promittenti, nihilominus, Legitimam sibi salvam
 non esse agnoscenti, integrum sit vel querelam inofficiosi instituere
 vel ad supplementum legitimæ agere. *Alexand. L. VII. consil. 213 Boer.*
Decis 14. adeo ut nec juramentum tali pacto ob jus prohibitivum
 quicquam valoris addere queat, juxt. *Decian. Consil. 93. n. 64.* quæ ta-
 men assertio J. quidem Civili optime convenit *L. 2. L. 25. L. 35. §. 1. ff. d.*
Jur. sed J. Canon. *c. 2. d. Pact. in 6. & Praxi*, quæ hoc capit, recipit.
Carpz. P. I. c. 25. D 6 Hahn. de Jur. Rev. Concl. 84 n. 21. Excell. Dn. Præf.
Synops. ff. Testam. qui fac. poss. n. 6. repugnare videtur.

Omnium autem maxime conspicuus est verborum honoris u-
 34 sus in fideicommissis, quippe quæ plerumque non imperativis, aut di-
 rectis, sed civilibus atque præcævis verborum formulis absolvi solent;
 hinc quis eorum in hac materia effectus, nonnullis quoque; dispicien-
 dum erit. Olim quidem ante D. Augusti tempora, infirma erant om-
 35 nia fideicommissa, eorumque præstatio à solo pudore atque civilitate
 ejus qui rogatus erat, pendeat, nec is invitatus ad id præstandum cog-
 gebatur, quemadmodum, quod arbitrio & potestati alicujus relin-
 quitur, nullam inducit obligationem *L. 13 C. d. contr. empt. vid. §. 1. 7. d.*

fideicom. hered. ibiq; Vinn. n. 1. Augustus vero variis causis motus,
 36 primus robur iis quoddam addidit, quod postea adeo invalescere
 cepit, ut ea quæ olim erant voluntatis, nunc facta sint necessitatis,
 & dispositio civilissimas preces continens, ejusdem valoris sit ac si
 37 durissima imperandi formula absolveretur. Ideoque nihil jam inter-
 est,

est, ad obligandum Fiduciarium, qualibus verbis usus fuerit Testator, cum perinde sit dixisse: *mando, volo*. L. 2. C. *commun. d. Legat. §. fin. 7. d. singul. reb. per fideicom. vel. ac, cupio des, opto des, credo te daturum*. L. 115. ff. d. Leg. 1. non dubito Te daturum. L. 67. §. fin. ff. d. Leg. 2. scio Te daturum. L. 118. d. Leg. 1. deprecor, cupio, desidero; Gothofr. ad L. 2. C. d. Codicill. imo omne verbum legitimum Testatoris sensum significans, utile atq; validum esse jusfit Justinianus L. 2. C. *commun. d. Legat.* Quid igitur prohibet inde concludere: Verba honoris quoq; hic inducere dispositionem, & Heredem ad voluntatem Defuncti implendam adigere, vid. L. 39. §. 1. ff. d. *fideicommissar. Libert.* ibiq; Bartol. L. 39. pr. d. leg. 3.

38

Hæc autem asserens, miratus sum, quam parum sibi ipsis circa hanc materiam consentiant Doctores ad unum fere omnes, dum nescio quas sibi hic fingentes difficultates, Distinctionem adducere solent: An verba honoris directa fiat ad *honoratum*, an vero ad *gravatum*: Illo casu ea non disponere, bene vero hoc vid. Gloss. ad l. 32. pr. ff. d. *Usufr. leg.* Doctores ad d. l. 32. §. 30. §. 1. ff. d. *fideicommiss. Libert.* Bartol. ad l. 36. §. 37. d. leg. 3. cum tamen ea sufficiens minime sit, faventibusq; legibus asseri queat, utroq; casu dispositionem induci vid. Alexand. ad L. 16. ff. d. *Donat.* Unde factum, quod glossatores contradictiones hic effugere nequiverint, vid. Bartol. qui in *Comm. ad l. 32. d. Usufr. leg. junct. Comm. ad l. 30. ff. d. fideicom. lib.* sibi ipsi contrariatur, in priori loco verba honoris ad *honoratum* directa non disponere, in posteriori ea disponere, expressis utring; verbis statuens. Bertachinus vero in *Repertor. Lit. V. p. 222.* verba adulatoria ad *gravatum* directa non disponere asserit. In hoc itaq; sententiarum divortio, tutissimam me selegisse viam existimo, dum missa distinctione, unde tot confusiones ortæ, unico supra adducto axiomati inhæream.

40

Cæterum, non desunt quæ mihi objici possint, quippe cum gravissime hic obstat videantur, sæpe cit. l. 32. pr. ff. d. *Usufr. legat. l. 68. §. 1. ff. d. leg. 3. l. 11. §. 2. d. leg. 3. l. 12. C. d. fideicom. libert.* in quibus varie civilitatis formula, tanquam inefficaces nulliusq; plane valoris proponuntur. Ad quas tamen, ni fallor, facile responderi poterit, nihil in iis contineri, unde Testatoris voluntas donandi colligi queat. In L. namq; 32. §. 68. Verba consultive magis, quam dispositive prolata esse, cuilibet patet: At vero consilium danti donare non intelligitur Gloss. ad d. l. 32. Bald. de *scud. ad cap. 1. d. success. feud. in addit. lit. C. Non a-*

43

CAP. V. DE EFFECTU VERB HON.

70

- liter autem verbis nostris honoris effectum tribuo, quam si in eum
 44 finem sint prolata, ut aliquid efficiant. Conf. Bald. *d. l. Eademq;* re-
 sponso sufficit *l. ii. & l. 12.* quippe quæ nihil aliud evincunt quam
 verbo *commendo* omnem vim fideicommittendi ademptam esse, qui-
 bus tamen non statim omnibus verbis honoris vis adimitur. Verbo
 enim *commendo* cum nihil determinate aut designate relinquatur,
 sed generaliter benevola Testatoris voluntas declaretur, nec heres
 inde in specie ad quid præstandum obligabitur, vid. Wesenbec *ad §.*
 45 *fin. 7. d. singul. reb. per fideicomm. rel. n. 3.* quæ tamen aliter se habent, si
 qualis sit voluntas Testatoris, ex verbis constet, cum & hoc casu ver-
 bo *commendo* effectum tribuat Gothofr. *ad l. 2. C. d. Codicill. lit H* Quis
 igitur prohibet dicta ad reliqua verba honoris applicare? Ea nempe
 nihil disponere, si admodum vaga sint, ut nullus inde intellectus vel
 firma voluntas colligi possit; E contra omnino ea disponere, si inde a-
 liqua Testatoris voluntas constet. add. *l. ii. § 9. & l. 39. pr. ff. d. leg. 3.*
 46 Sed dicas, supra adducta aperto contradicere iis quæ in *fin. cap.*
l. n. 92 sqq. asserta sunt, cum ibi verba Honoris nullam plane aut obli-
 gationem aut dispositionem inducere probatum sit. Et primo qui-
 dem intuitu ea speciem contradictionis assumere non facile negaver-
 rim; sed mox illa evanescet, si respondeam, in præsentī fideicommis-
 sorum materia, non adesse verba honoris ratione dispositionis, sed
 47 solum ratione modi, seu formæ disponendi Nimirum de functum id
 quod disposuit, serio disponere voluisse probat negotii qualitas, in
 quo nemo joculari aut ludere voluisse præsumitur Hopp *diss. d. Joco l. 4.*
§. 2. ibiq; citat præsertim si solennitates atq; Testes quota LL. requirun-
 48 tur, actui interfuerint. Accedit, quod in materia legatorum, præsu-
 menda sit donatio, quia legatum donatio quædam. *§. i. 7. d. legat.* Et
 unde hic verba Hon. probabis, mortuo eo ex cujus mente probanda
 erant? Quod autem formam disponendi attinet, verba honoris hic
 adesse nullum dubium, cum Testatori ea quæ mandare & jubere po-
 terat, civiliiori rogantī formula expetere placuerit, quæ quamvis in
 se, & nude spectata nullam obligationem ratione Heredis gignat, at-
 tamen faventibus LL. ejusdem efficaciz est, ac si fuisset directa & im-
 perativa. Hinc igitur Regulæ in *cap. 1.* adductæ non contradicent,
 sed robor potius & probandi ratio colligi poterit.

CAP.

De Effectu Verb. H. circa Jus ad rem.

SUMMARI A.

Connexio. n. 1. sq. Pollicitatio nuda non obligat. J. civil. 3. Secus est J. Nat. 4. Si Reipubl. facta valeat, 5. Modo seria fuerit. 6. Vota non seria non valent 7. sqq. Nec ullus hic favor pie causa 10. Pactum nudum J. Rom. non obligat 11. sqq. Rejicitur Ratio communis 12. Ad Contractus pergitur, qui sine consensu perfici nequeunt. 17. An qui se verbis civilibus obrulit ad inserviendum, ad mutandam pecuniam teneatur 18. sqq. Si mutuum accipiens promiserit se quandocumq; placu erit redditurum, an altera die liceat revocare mutuum? 23. sqq. De promissione, se incontinenti, statim, & c. redditurum. 27. sqq. Si Creditor regeat: Utere quamdiu placet. 31. sqq. Quid hac formula valeat circa precarium. 34. sqq. An probetur precarium ex verbis precativis? 37. sqq. Effectus V. H. circa stipulationem. 39. In fidejussione quid valeant? 40. sqq. Et in fidejussoris acceptance. 43. sqq. Circa Empt. Vend. non valet solutio pretii in arbitrium Emptoris. 45. sqq. Si venditor promittat se viltori pre alius venditurum, exinde non tenetur. 51. sqq. Nemo presumitur ad credentiam vendidisse. 58. Quid hic valeant V. H. 59. In Locat. Cond. pretium quoq; in alterius arbitrium conferri nequit. 61. De famulo, gratis domini se submittere. 62. sq. Explicatio J. Lub. & Saxon. 63. sqq. De promissione servorum, totam vitam Domino serviendi 67. sqq. Circa Mandatum nihil efficiunt V. H. 70. sqq. An qui generalibus verbis officia sua repromittit, ad honorarium prestandum obligetur? 74. sqq. An civilia honorarii recusatio noceat recusanti. 78. sqq. Pergitur ad Cap. sq. 82.

Methodi nostræ ratio exigit, ut nunc ad obligationes firmitate sic dictas nos conferamus, & quamvis in Cap. 1. in genere jam asserptum dederim, nullum ex verbis civilibus produci obligandi vinculum, id tamen ut nunc in specie exemplis casibusq; eo pertinentibus ulterius illustrem, necessarium omnino erit. Oritur autem obligatio vel ex factis licitis, vel illicitis. Illicita dicuntur Delicta, de quibus in sequenti agendum erit Capite; Licitum vero factum, quod presentis capiti destinavi, dividunt Doctores communiter in Pollicitationem atque Conventionem.

Pollicitationem iterum dispescere solent in nudam atq; legitimam, Lauterbach. Comp. Jur. tit. d. Pollicit. Illa dicitur quando Privato quis

quis sponte & non rogatus officia vel rem quandam pollicetur; siue autem illa ex serua pollicitoris intentione proficiatur, siue nuda verborum ciuilitate absoluarur, parum Jure quidem civili refert, quippe quod omnem isti, obligationis vim ademit. Dn. Praefes *Synops. J. priv. Tit. d. pollic. n. 1.* Wesenb. *d. Tit. Stöcken d. Pollic. disp. 1. qu.*

- 4 § 40. At uero maxima hic constituenda erit differentia de J. Nat seruo namq; si ita pollicitus fuerit promissio inde enascetur imperfecta, quæ quamuis tantæ efficaciam non sit, ut alter cui quid promissum, jus cogendi consequatur, id tamen efficit, ut promissori J. Nat. inhæreat obligatio præstandi id quod promissum est. add. quæ dicta sunt *Cap. 1. n. 78.* Honoris autem ac ciuilitatis causa si ejusmodi facta sit pollicitatio, tam J. Nat. quam Jure civili omni plane obligatione liberabitur pollicitans. Vid. pluribus Puffend. *d. J. N. & G. P. I. L. V. l. 6. §. 6.*

- 5 Legitima pollicitatio fit uel Reipubl. & dicitur pollicitatio in specie, uel Deo & Ecclesiam, & uotum seu oblatio appellatur. Pollicitationem quæ in specie sic dicitur, efficacem atq; firmissimam producere obligationem, patet ex *tot. tit. ff. de Polluit.* quippe cum plane inutile & absonum dicatur, in causis Reipubl. fidem frangere, *L. 1. §. 4. ff. de posit.* & æquisimum, hujusmodi uoluntates in ciuitates collatas poenitentia non reuocari. *L. 3. §. 1. ff. de pollicitat.* ut hinc Athenienses capite illum punierint, qui ea quæ Reip. promiserat, præstare detestabatur, uti docet Conan. *lib. V. comm. 8. n. 6. in fin.*

- 6 Quamuis autem tam favorabilis sit ista pollicitatio, ad eum tamen omnino ea restringenda est casum, si fiat seruo & ex deliberatione Lauterbach. *d. l. Struv. Ex 50. ib. 84.* Præterquam enim quod sine causa pollicitatio facta nihil ualeat *L. 19. pr. ff. de donat. L. 1. §. 1. ff. de Pollicitat.* ex iactantia quoq; uel honoris causa prolata uerba nihil quicquam efficiunt. Gerard von Etöcken *d. Pollic. disp. 3. ib. 55.* quippe quæ omnem seruum præstandi consensum excludunt.

- 7 De uotis quibus Ecclesiam aliquid dandum uel faciendum pollicemur, simile ferendum erit iudicium. Quemadmodum enim illa, si ex seruo proficiantur pectore, sancte atq; inuolabiliter seruanda; Doctores *ad Tit. de Pollicitat.* etiamsi uel sola mente facta fuerint Struv. *Dec. Sabbath. Cap. 1. Dec. 15.* ita nullum e contra inde præsumitur uinculum, si complacentiam tantum causa, & ex ciuili

vili quadam liberalitate quispiam voverit. Gerard. von Stöcken
d. l. disp. 3. §. 55. citra seriam intentionem se obligandi add. *c. 3. X. de
 vot.* cum nullibi major quam in promissionibus & votis requiratur
 deliberatio *c. 3. C. XVII. Qu. 4.* Decius ad *L. 48. n. 3. de R. 7.* Nec est,
 ut objicias alleg. *c. 3. C. XVII. Qu. 4.* in quo Donationem Eccl. factam
 tumultuario mentis impulsu qui revocaverit, sacrilegii crimen in-
 currere dicitur. Respondetur enim ad eum vel cum Decio *d. l. n.*
1. vers. advertendum tamen est. Verba illa tumultuario &c. referenda
 esse ad revocationem; vel cum Archidiac. ad *d. can. 3.* sermonem
 ibi esse de tali casu, cum pollicitans in periculo quidem constitu-
 tus, cum judicio voveret, ut inde evaderet, sed postea penitentia du-
 ctus temere revocat. Hinc simul evidentius constabit; quam in-
 firmo innitantur fundamento illi, qui verba honoris in piis causis
 obligare contendunt, e quibus est Oldendorp. *de 7. singul. tit. d. pri-
 vil. piar. causar. n. 29. & 32.* solus enim piæ causæ favor, si reliqua
 obligationis requisita desint, vinculum non operabitur, aut invi-
 tum contra intentionem ad dandum quid vel faciendum obstrin-
 get; Validissime potius argumentum à voto Ecclesiæ factò ad
 ceteras piæ causas procedet, ita ut seria mens etiam hic ante om-
 nia necessaria sit.

Pergo ad alterum obligationis licitæ fontem, qui est Con-
 ventio, & duplex apud Doctores constituitur, pactum nempe
 ac Contractus. Circa pacta quidem J. Rom. exceptione verbo-
 rum civilium opus non fuisse, certissimum est, quippe quod om-
 nia pacta nisi vel à Lege vel à Contractu vestirentur invalida
 pronunciat, æque ac supra de pollicitationibus dictum. *L. 7. §. 4. & 5. ff. d. pact. L. 6. Eod. L. 15. ff. de Præscr. verb.* Ast de ratione
 hujus J. Rom. constitutionis non æque constat; Sunt enim qui
 hanc fuisse existimant, quod injustum habuerint Legislatores ho-
 mines teneri pactationibus ab ostentatione potius, quam à volun-
 tate proficiscentibus, & leviter atque parum considerate jactatis
 Connan. *Comm. J. civil. L. V. Comm. 1. num. 5.* Wesenbec. *paratit. de
 pact. num. 9.* Sed si hanc adæquatam dicas rationem, à qua fir-
 miter procedat notissima Regula: *Ubi eadem est ratio, ibi eadem
 est Juris Dispositio,* intrepide contra totam dissentientium turmam,
 neque J. Nat. aut Gent., neque moribus, ex Pacto nudo ullam
 pro-

74 CAP. VI. DE EFFECTU VERB. HONOR.

- produci aut obligationem aut actionem asserere non dubito.
- 14 Licet enim solennitates verborum J Nat. atque mores ignorent, juxta illud: ein Wort/ ein Wort/ ein Mann/ ein Mann;
- 15 tamen deliberatus, ac serius consensus ad id ut firmum sit pactum, omni jure requiritur. Vinn. *ad §. 1. j. de V. Obl. Struv. Syn- tagm. Jur. Civil. Exerc. 6. thes. 17.* Dn Præf. *Synops. ff. de pact. num. 2.* nec nudum pactum, nudave promissio, qua sæpius ex affectione & beavolentiæ ostentatione potius, quam ex proæresi studia nostra atque officia deferimus, ad ullum vel hodie referri poterit obligationis vinculum; potius juxta Lyncker. *anal. ad Struv. Syn- tagm. Jur. Civ. Exercit. 6. thes. 17.* is qui se non ex animo obstrinxit-
- 16 se probaverit, jure pristino pactorum fruatur. Differentiam igitur J Rom. à moribus si salvam vis, ob evitacionem Litium atque fraudis, ita à Romanis constitutum esse asserendum est; ut hinc seria quoque intentione promissa, arctis Legum vinculis constringere noluerint, secus ac facit Jus hodiernum, quod seriam pactiōnem ad obligationem firmam trahit. *c. 1. §. 3. X. de pact. Mev. P. V. Dec. 408. Carpz. P. II. C. 19. def. 17. n. 8.* non vero adulatoriam vel jaçtatoriam.

17 Restat ut de Contractibus nonnulla quoque afferam; Et in genere quidem, cum nihil in effectum deduci queat, nisi animus utriusque contrahentium consentiat, *L. 35. ff. de Obl. & A.* ideoque ad substantiam omnium omnino Contractuum requiratur consensus, isque serius. *Mozz. de Contracti. in proem.* hinc verba adulatoria, quibus fides facti quidem simulatur, sed non intercedente veritate, juris vinculum hic minime obtinebunt. *L. 54 ff. de O. & A.* sed ut tamen eo melius de effectu horum verborum circa Contractus constet, in specie quoque nonnulla de formulis civilibus maxime hic quotidianis addixisse juvabit.

18 Inter alias Contractuum divisiones maxime solennis est illa, qua dispescuntur in veros, & quasi. Veri iterum in Nominatos ac innominatos; Nominati in Reales, verbales, Literales atque consensuales. Ex Realibus primo loco hic occurrit Mutuum, circa quod sæpiuseule blandas promissiones, citra obligandi intentionem efferri quotidie deprehendimus. Potissimum igitur hic se offert casus: An is, qui verbis civilibus alter-

rum excipiens dixit v. gr. *Si qua re in posterum egebis, venias ad me, & succurram Tibi*, Wenn der Herr etwas benöthiget ist / wil ich ihm gerne damit dienen / his verbis ita se obligasse censendus 20
 fit, ut teneatur etiam ad mutuandam pecuniam, si alter ea indigeat? Affirmat id Excell. Dn. Stryk. *sep. laud. Dissert. de Civil No- civ. Cap. V. §. 5.* promissorem si nummosus sit, inde ad credendam pecuniam obligari existimans. Mihi vero Negativa magis 21
 apparet probabilis, cum generalis istiusmodi promissio adulati-
 onis magis atque affectus causa, quam ut praestetur, facta praesu-
 menda sit, quae ultra merae civilitatis effectum non extendenda,
 praesertim in praesenti negotio, quod nimis est periculosum, si
 videlicet is, cui promissio ista facta, non admodum fortunatae
 conditionis sit, ut ei fat tuto credi nequeat. Quibus accedit quod
 in effectum ejusmodi liberalis oblatio deduci non possit, cum
 promittenti semper integrum sit, eam exceptione: se non de
 hoc, sed a iō officio sensisse, eludere. Neque obstabunt, quae 22
 adducit Dn. Stryk. *d. l.* quod (1.) ex pacto hodie etiam actio na-
 scatur, ideoque (2.) non licitum sit promissori, verba civilia ad
 aliud auxilium speciale restringere, cujus acceptans non indiget:
 Ad (1.) enim regeri possunt ea quae *supra num. 12. huj. Cap.* dicta
 sunt, negando, pacta constitui verbis istiusmodi generalibus &
 complacentiae causa prolatis. Alterum eliditur argumento de-
 sumpto a promissione alternativa, vi cujus semper in electione
 promissoris erit, eligere, ad quodnam officii genus velit restrin-
 gi suam promissionem, non vero ejus cui promissum. *L. 10. §. 6. ff. d. 7. Dot. L. 5. §. 1. ff. de pos.*

Inpetrato vero mutuo, benevolentiam sibi exhibitam ur- 23
 banis verbis remunerare non detrectant accipientes, & ut co-
 gratiores videantur, nonnunquam ad durissimas quoque condi-
 tiones se offerre solent. *conf. c. 6. X. de Inst.* Communem hinc
 audies repromissionem: Es solle so bald er befehlen würde / *re-*
stehet werden. Quae verba, si prout jacent spectaveris, Credi 24
 tori licebit quodcumque & pro libitu nullo habito respectu
 an tempore id fiat tempestivo, an non, revocare mutuum. At
 vero nisi iniquum veli arbitrum agere, ex urbanitate atque ci-
 vilitate, unde profecta sunt, interpretationem quoque facies, de-
 que

- 25 que eorum obligatione judicabis. Nec enim his creditori concessum jus, usum rei vel mutuo datæ, vel commodatæ intemptive aut ante finitum usum revocandi, cum alioquin actus esset frustratorius & inutilis, & tacita mens contrahentium resistat quæ est, ut mutuum mutuanti proffit. Menoch. *de A. J. Q. L. 11. C. 1. cas. 22.* sed non obstantibus verbis istis civilibus, contractus durabit donec mutuum suscipiens re ad usum destinatum usus fuerit. M. noch. *d. l. Fachin. L. 11. Controv. 7. cap. 51.* Harprecht. *pr. 7. quib. mod. re contrab. oblig. num. 99.* & hoc si non aliunde, ex Judicis arbitrio, non vero ex allegato pacto moderandum erit. Covarruv. *Var. Resol. L. III. c. 15. n. 6.* Quam opinionem communem & ab omnibus fere Doctoribus approbatam dicit Mozz. *de Contrah. Tit. de Mutuo quomod. desiciant. n. 4.*
- 27 Affinis præcedenti Quæstioni est illa; An is, qui in obligatione promissit, *se quam primum, statim, in continentis, förderlichst* / mit den ehesten / *debitum restitutum*, si vel per decennium à Creditore non interpellatus creditum retineat, exinde in mora constituatur, & ad interesse obligatus sit? Quamvis autem
- 28 ita promittens, intra brevissimum tempus ad restitutionem obligari videatur. vid. *L. ult. C. d. Judic. L. fin. C. de Error. Advocat. L. 21. §. I. ff. de Constit. pecun. Coler. de proc. Execut. P. 4. cap. 2.* verius tamen est, eum ex civili ista promissione, cum ad certum tempus restricta non sit, nullum damnum incurrere, etiamsi vel longissimo tempore solutionem differat. Mora enim non committitur, nisi Creditoris interpellatio vel judicialis, vel extrajudicialis præcesserit, *L. 32 ff. de usur. L. 87 §. 1. de Leg. 2.* Hahn. *ad Wesenb. Tit. de usucap. in fin.* qua cessante, Creditor potius in prorogationem debiti consensisse videtur, quam ut debitor ex civili promissione obligetur, vel moram contrahat. Carpz. *L. IV. Resp. 3056 num. 14. & 22. Philipp. Us. Pract. Instit. L. III. Eclog. 46.* Ubi præjudicium adducit Lipsienfum, sequenti modo respondentium: Hat Anno 1626. Christoph Spatz von euren Vater Johann Dingingen 100 Reichsthaler in specie erborget / und Ihm daraüber eine Handschrift aufgeantwortet / solche 100. Reichsthaler förderlichst wieder zu bezahlen / als aber die Wiederzahlung binnen 10. Jahren nicht erfolget &c. wird gezwweifelt / wenn und

zu welcher Zeit die mora begangen worden? Ob Ihr nun woll
in den Gedancken stehet/ daß/ weil die Wiederzahlung förder-
lichst versprochen/ solche eben selbiges Tages oder doch wenig Ta-
ge oder Monath nach gethanen verleihen/ geschehen sollen/ und
demnach so bald der Debitor in Verzug begriffen gewesen/ da-
hero er dann von selbiger Zeit an das Interesse abstatten müsse:
dieweil aber dennoch durch das Wörtlein/ förderlichst/ keine ge-
wisse Zeit/ Monath oder Tag zur Wiederbezahlung eigentlich be-
nennet/ noch auch so bald die 100. Reichsthaler wiedergefordert/
besondern vielmehr tacite gestundet/ und allererst Anno 1638. ge-
richtlichen darauß geklaget/ und der Verzug eigentlich begangen
worden/ &c. So mögen auch die interesse ferner nicht als von
solcher Zeit der gethanen gerichtlichen Antwort und Litiscontesta-
tion anzurechnen/ gefordert werden. B. N. W.

Non raro, etiam Contrahentes civilitatibus inter se invi-
cem hoc casu certare, & Creditor urbanus regerere solet: Er
möchte es nach seinen belieben gebrauchen so lange er immer wol-
te. *An igitur si post aliquod temporis intervallum, res suas repetat,*
Debitor sibi earum usum quoad vixerit concessum esse excipere poterit?
Equidem unanimi Doctorum sententia constat, si ejusmodi pa-
ctum serio initum fuerit, quo solutio in alterius arbitrium colla-
ta, invito actionem moveri non posse, sed rem ad vitam con-
cessam esse credi. Rhetz. *Dissert. de non gratific. Cap. 4. §. 17.* ut hinc
asserere non ausim, hanc formulam Instrumento forte super mu-
tuo confecto, serio insertam nullius efficaciam haberi. Attamen
si de seria mente non constet, eam magis pro urbanitatis præ-
statione, quam pro obligatoria habendam esse existimo. Cum
enim majus periculum in hoc Contractu adsit respectu Mutuan-
tis, ejus quoque verba civiliorum admittent interpretationem,
ne sine deliberato consensu ad incommoda & pericula sustinenda
trahatur. Atque certior evadit sententia mea, si formula hæc sit
responsiva ad allegatam num. 23. cum sic ex propria mente alte-
rius verba quisque interpretari valeat, & si sua non secundum
corticem intelligenda cupit, alterius quoque ad obligationem tra-
here non debeat. *Tit. Quod quibus, Jur. in alt.*

Multo firmitus ista autem procedit circa præcarium, (de
quo

- quo ob affinitatem nonnulla addere liceat) in quo pactum tale de non revocando, est contra ejus substantiam, & hinc etiam ferio interpositum nullius tamen momenti *l. 12. pr. ff. de precar.* Lauterbach. *b. t. fr.* cum ea quæ contra substantiam contractus adjuncta sunt, actu ipso manente valido, rejiciantur. Bartol. *ad l. 27 ff. de mortis caus. donat. & ad l. 12. pr. ff. de precar.* ibique Dres communiter; quod & hodie ita obtinere existimarem cum Struv. *dec. sabbath. c. 4. dec. 11.* cum pactum istud non sit invalidum quia nudum, sed quia contradictorium Titius *ad Lauterbach. Compend. Obs. 1100.* licet quamplurimi hic dissentiant. Vid. Dn. Stryk. *C. C. Sect. 2. c. 2. §. 5.* Brunnem *ad d. l. 12. n. 5.* id tamen accurate expendendum erit, annon alia contrahentium fuerit intentio, ut à precario recedere, & commodatum inire maluerint. Titius *d. l. 1.*
- 35 Brunnem. *d. l. num. 5.* Omnibus autem plane difficultatibus ac contradictionibus carebit is, qui verba ista civilitatis gratia adjecta fuisse probaverit, cum eo casu decisio de obligatione, jam extra omnem incertitudinem posita sit.
- 37 Mentione de Precario injecta, id quoque hac occasione monuisse liceat, admodum infirma circa ejus probationem, præsumptione niti Doctores, qui verborum (quæ plerumque civilitatis plena esse solent) tenorem respicientes, si illa submissas preces contineant, precarium inde colligi asserunt *ex l. 1. verba petenti l. 2. in fin. ibi: preces adhibuerit l. 3. §. 4. ff. de precar. & Cothman. P. IV. Resp. 2. n. 23. §. 24.* qui ex verbis: Demüthiglich vel dienstlich gebethen haben / dieses zu vergünstigen / precarium donatari non poterit; Etenim si aliz desint circumstantiæ id inde probari non poterit; quippe cum, quia homines blandis verbis facilius flectuntur. Bertachin. *Rep. Jur. P. IV. fol. 22.* nec beneficium facile nisi rogati, in alium conferunt, is certe qui quid ab iis desiderat, sive id fuerit mutuum, (de quo nota sunt verba in instrumentis exprimi solita: Daß Titius auf mein geborsahmes / fleißiges Bitten und Anhalten mir 200. Reichsthaler geliehen. De qua formula Vid. Stryk. *de Civil. Noctiv. Cap. V. §. 2.*) sive commodatum, sive donatio, sive aliud quid gratuitum, submissis verborum formulis uti, minime detrectabit, quæ itaque ad actum de quo proferuntur, restringendæ erunt.

Pergo jam ad Contractum verbalem sive stipulationem. 39

Et cum ejus solennitas moribus nostris abrogata sit, vix habeo quod addam, nisi hoc, eum etiam J. Roman. si verbis honoris constiterit nullius efficaciam fuisse. Ex solis enim verbis stipulatio non contrahatur, nisi seria stipulationem contrahendi voluntas præcesserit, & de negotio concluso atque animo obligandi perfecte constiterit. l. 1. § 1. ff. de pact. l. 5. ff. de Transact. D. uth. *Quest. Miscell. 7 Publ. Qu. III. ibid. cit. Dres ad l. 1. si quis sita. ff. de V. O.*

Progredior ad fidejussionem; Periculi autem plena res est 40 pro alio fidejubere. *Prov. XI. 15. XXII. 26. 27.* quippe cum sponsor sive fidejussor ob moram vel contraventionem à Principali commissam, gravissimum sæpe bonorum & personarum dispendium incurere soleat. *MuscateLL. Pract. fidejuss. Proem. n. 5. Conf. Grot. de J. B. & P. l. 3. c. 13. §. 4.* unde is qui pro aliis frequenter fidem interponit, male sua substantia uti dicitur. *Gail. II. O. 83. n. 15. Rein-king Wibtisch, Policey l. III. ax. 50.* ideoque homines non facile hoc 41 modo se obligare solent, sed admodum difficiles inventu sunt fidejussores *Nov. 88. c. 2. §. 1. in fin. & aequitati nihil magis conveniens videtur, quam hoc: neminem invitum aut citra seriam voluntatem ad onerosam istiusmodi officium adstringendum facile esse.* Minime igitur gentium is qui honoris causa vel adularo- 42 rie se fidejussurum promisit, ex tali adulatione obligabitur, sed semper potius salva manebit poenitendi licentia. *Hering. de fidejussor. Cap. XX. §. 33. n. 9.* atque hinc si quis fidejubere pro aliquo in centum rogatus, responderit: *se non solum pro hac, sed pro alia qualibet summa fidejussurum;* certe, si postea excipiat ista honoris causa dicta esse, audiendus erit; ac licet alias valeat obligatio, si fidejussor majorem summam quam Principalis promiserit, quoad quantitatem concurrentem *L. 33. ff. Mandat.* hoc tamen si serio facta promissio, non honoris causa adhibita, verum erit. *vid. Hopp. d. Jec. C. III. §. 23. fac. huc etiam ea quæ proponit. Myler. Hyparcholog. Cap. 3. §. 31. n. 92. Hering. de fidejussor. cap. 3. n. 10. seq. add. supr. Cap. V. n. 8 seqq.*

Pertinent hæc quoque ad fidejussoris oblata acceptionem. 43
Cum enim regulariter, qui ab initio minus idoneum fidejussorem appro-

- approbat, si postea poenitentia ducatur, nullo modo audiendus sit: *L. 3. in fin. ff. de fidejussor. L. 3. fin. § ff. ut in possiss. legat. qvia facilitati suæ id referre debet, quod minus idoneum acceperit. Frantzk. d. fidejussor: Cap. 4. n. 152.* Regula tamen hæc limitationem patitur hoc casu, si verbis honoris approbatio facta sit. Etenim si casum
- 44 fingamus, Titium mihi offerre Cajum simul præsentem, tanquam fidejussorem; egregium sane incivilitatis specimen ederem, qui eum, quod v. gr. non solvendo sit &c. accipere renuerem, potius urbanitas (vadebit responsionem: Er hätte nichts auff diesen Mann zu sagen. Absente autem fidejussore oblato, si mox dicam ad eum, qui fidejussorem offerebat, me ex civilitate ista protulisse, iniquum & valde incivilem diceres Judicem, qui ex hisce verbis honoris me obligatum diceret ad fidejussorem recipiendum.
- 45 Sequuntur jam consensuales Contractus, e quibus primum locum occupat Emptio venditio, sæpissime urbanis contrahentium formulis exornari solita. Harum illa præsertim haut infrequens solet esse, qua pretium rei vendendæ in arbitrium emptoris confertur, sive gr. dixerit: *Er stelle es in des Käuffers Discretion*
- 46 *was Er geben wolle / qvalis generosa venditio plerumq; ea spe celebratur, fore emptorem ex illorum numero, qui pretio suo arbitrio relicto, wenn es auff ihre Discretion ankömmt / plus solito offerunt;*
- 47 Sed cum non omnium eadem sit liberalitas, periculosa forte ista formula videretur, cum ita emtor vel uno obulo oblato rem pretio sistimam comparare queat, nisi hic iterum Jura urbano istiusmodi Venditori succurrerent, & in ejus favorem tale pactum, quo in alterius arbitrium confertur, an velit obligatus esse an vero non, nullius valoris pronunciarent. *L. 25. §. 1. ff. & L. 13. C. d. Contrah. empt. L. 7. pr. ff. eod. L. 2. § 3. d. eo quod cert. loc. add. Gomez. var. Resol. Tom. II. Cap. 2. n. 19. Hillig. ad Donell. L. XIII. c. 1. Lit. 7.* Hinc igitur venditor emptore injustum pretium offerente, verbis suis stare minime tenetur; sed ejus arbitrio relicto, an plane a contractu recedere, (cum deficiente hic altero requisitorum, nempe certo pretio, poenitentia locus sit, & impune etiam altera parte invitato, actum rescindere possit. *L. 3. C. d. Resp. Vendit. L. 5. C. d. Obl. & Ali. § 5. l. de Empt. Vend.*) an vero ad arbitrium boni viri confugere
- 49 velit. Idemq; dicendum, si ad arbitrium tertii pretium collatum,
- cum

cum neutro casu contrahentes ad immodicum se obligare voluisse dicendum sit, quin potius civiliter verba capienda & ad justum pretium reducenda. Vid. Vinn. ad S. 1. J. d. Empt. Vend. n. 1. nec alia decifio obtinebit, si Emptor Venditori promiserit; Er wolle ihm gerne geben was er verlangt / sed & tum injuste taxante venditore, non obligabitur emptor.

Variis porro Mercatores blanditijs uti solent, quibus ad emendum res suas transeuntes alliciant, quo pertinet, se viliori pre alis venditurum esse pretio, Man solle ihm zusprechen / Er wolle es so guten Kauff geben als ein ander; An igitur non servato isto pacto, Emptor si comperit alium minori pretio vendere, ex hac causa ab emptione recedere, vel Mercatorem ad superfluum pretium restituendum adigere poterit? Resp. Prius quidem non licere, patet ex eo, quod non qualibet causa ad rescindendam venditionem sufficiat, sed gravis lesio, eaq; dimidium rei excedens requiratur, l. 2. l. 8. c. d. Resc. vendit. Pinell. add. L. 2. p. 1. c. 2. n. 7. ut periculosa omnium Contractuum inconstantia vitetur, nec fora innumeris Litibus repleantur. Schleiff. ad Wesenb. Tit. de Resc. Vend. n. 1. Neque ad alterum, ut nempe superfluum restituat, obligabitur excivilitate sua venditor quippe cum in hac decifione potissimum intentio contrahentium inspicienda sit, quæ certe Venditoris respectu non ea fuisse presumenda est, se cum damno res suas venditurum, ut ab alijs abalienentur, cum hoc ex invidia fiat, atq; sic illicitum, vid. Fritsch. d. peccat. Mercat. Concl. 13. nec non valde periculosum, cum notum sit de iis: Er wird sich baldt zum Thor hinaus handeln. Quo casu Empturo quoq; obtinebit exceptio: Neminem cum alterius damno locupletiozem reddi debere. Restat igitur ut verba ista ultra nudas civilitatis formulas Mercatoribus solennes extendi nequeant; Prasertim cum naturaliter licitum sit contrahentibus hoc modo se invicem circumvenire. L. 16. S. 4. ff. de Minor. talisq; circumventio non dolus, sed solertia quædam negotiativa dicenda sit Nov. 97. c. 1. & prudentia ac industria quædam economica, studiumq; aliquod rei familiaris augenda. Gothofr. add. l. 16. lit. i. Non igitur ad duram obligationem adstringendus solers negotiator, si blandis verbis utatur ad intentionem suam eo tutius celandam, quæ omnium contrahentium hæc est: ut velint in vendendo & emendo lu-

CAP. VI. DE EFFECTU VERB. HON.

cum aliquid facere; & venditor semper votum cariore distrahendi gerat, quemadmodum Emptor vilioze comparandi. *L. 8. C. d. Resc. Vend.* Add. ad hanc quæst. *L. 17. §. 3. ff. d. Adilit. Editi. L. 43. ff. d. Contrab. empt.* Periculosior autem erit formula: Wenn der Herr es wolle, bekommen kan / will ich es wieder nehmen / quippe tale pactum additionem in diem imitari videtur, & sicuti illa Emptorem, ita hæc venditorem, firmissime adstringit. Add. Stryck. *Caut. Contr. Sect. II. Cap. 8. §. 27.* Attamen nisi deliberato id in initum sit, jactatio non sufficit. *L. 19. §. 3. ff. d. Adilit. Editi.* cum & tale pactum ex solertia negotiativa haut raro proficisci soleat.

- 18 Ad perfectionem autem Venditionis requiritur, ut res pro certo pretio tradatur; Tradere vero rem non tenetur Venditor, nisi soluto toto pretio, *L. 13. §. 8. ff. d. ad. empt.* etiam si vel unus nummus deficiat Bertachin. *voc. venditor.* atq; sicuti non tenetur, ita nec presumitur rem aliter quam pro presenti pretio vendidisse. Fabian. d. Mont. S. Sabin. *de Empt. Vend. Qu. 5. n. 28.* Lehman. *de Vendit. ad credent. §. 10.* & cum periculi plena res sit ad credentiam vendere ideo certis argumentis voluntas fidem habendi probanda erit, & seria quoq; ad eam requiruntur verba, nec sufficient adulatoria, si quis Mercator Titio empturo se destitui pecunia asserenti respondeat: Er möchte wünschen daß Er Ihm 100 Reichsthlr. schuldig wäre / es solle Ihm vor gute Bezahlung nicht leydt seyn; si itaque 60 Titius paulo post rem emat, eamq; a venditore exigit, hic procul dubio exceptionem implementi non secuti opponens, nihilominus audiendus erit, nec ob fidem de pretio habitam rem tradere tenebitur, cum ista nil nisi adulationem continere constet ex eo, quod de exigui pretii re interrogatus, de ingenti summa respondeat; nec male istiusmodi adulatio de ea intentione interpretari possit, venditorem spem potius concepisse, emptorem tanquam tot opibus instructum pretium ad manus habere, aut mox se illud accepturum, qualis intentio ad non credentiz argumenta refertur a Christinz. *Vol. II. Dec. 174. n. 13.* Berlich *P. 1. Concl. 64. n. 50.* Conf. hic prolix. Dn. Scheinem *Dissert. de Verb. hon. §. 15.*
- 61 Jam ad Locat. Conduct. contractum accedo, circa cujus celebrationem quin sapissime quoque civilia adhibeantur verba, quoti-

quotidiana experientia dubitare prohibet. Primo autem loco hic recurrit Quæstio circa Empt. Vend. proposita, de mercede in alterutrius Contrahentium arbitrium collata, & cum circa mercedem argumentum à Venditione ad Locationem firmissime procedat §. 1. *J. de Locat. Conduct.* sufficiat repetiisse ea quæ supra n. 46. seqq. dicta sunt.

Verum enim vero, gravissime præsertim quoad operarum Locationem ob stare videtur Jus Lubec. quod *L. III. Tit. 8. Art. 7.* in hunc modum statuit: Wenn Herr und Frau mit ihren Diensten bothen kein Lohn bescheiden / sondern dieselbigen auff Gnaden dienen / so mag man Ihnen geben was man will; Hic convenit Const. Jur. Saxon. Landr. *lib. I. Art. 22.* Wer auff Gnaden dienet der soll mit Barmherzigkeit gelohnet werden & J. Hamburg. *lib. II. Tit. 9. Art. 6.* Wer ohne bescheiden Lohn auf Gnade dienet / den mag man aus Gnaden zukehren so viel man will. His itaque juribus parum solatii recipienti urbani famuli, Domini hac conditione servientes: der Herr möge ihnen vor ihre Dienste geben / was er wolle. Atque si Dominus vel muscam, vel obulum offerat, contenti sint oportebit add. gloss. *ad l. 116. pr. de leg. 1. Zas. ad l. Ita stipulatus sim. de V. O.* At vero ex æquitate interpretacionem hæcæ statuta recipere nullus dubito, ita ut famulus non præsumatur, his verbis se obligasse ut gratis serviat, sed Dominus nihilominus ad salarium ei ex vendendo adstrictus maneat, conf. J. Hamburg. *d. l.* da aber Rundsahr und jeder man bewußt / daß solcher Knecht ganz fleißig und treu gedienet / soll Ihm auch sein gebührlich Lohn nicht vorenthalten werden. Non enim qui se gratiæ alterius submittit, juri suo renunciat, sed gratia non suscepta recuperat Jus suum Glossat. *ad Spec. Saxon. d. Art. 22.* si igitur dominus adeo durus fuerit, ut urbano istiusmodi & fideli famulo nihil gratiæ exhibere velit, certe à Judice ad id adigendus erit. Vid. omnino Mev. *ad d. Art. 7. Lub. n. 21. seqq.* qui quantum salarii famulo debeat, arbitrabitur. J. Hamb. *d. l.* ibi: Zwischen Minsten und Meisten nach des Rechts Erkenntnis / & ita Constat. Saxon. quoque interpretatur Dn. Möller. *Constit. P. 1. C. 28. n. 5.* Equum enim est labore non esse sine mercede. *Nov. 82. c. 9. in pr. c. 45. in fin. C. XII. Q. 2.* Multo minus autem illius.

84 CAP. VI. DE EFFECTU VERB. HONORIS

istiusmodi verbis alimentis renuntiasse censendus est famulus. Licet enim Coler. *de Aliment. l. 1. cap. 13. num. 40.* existimet, si in conventionem nihil de alimentis dictum, Dominum quoque ea non debere, verior tamen contraria videtur opinio, cum debitum hoc sit J. Nat. Grof. *de J. B. & P. l. III. cap. 14. §. 6. Syrac. XXX. v. 25.* & Humani *l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien. Jur.* Hinc universalem quoque Germaniæ consuetudinem dicit Mey. *ad Jus Lub. d. l. Art. 5. num. 24.* famulis nostris etiam citra conventionem alimenta à Dominis deberi.

- 67 *1760* Subsistenti in hac materia incidit dubium de consueta famulorum vel Ministrorum formula: Sie wolsten gerne ihre ganze Lebens Zeit in des Herren Diensten zubringen / an ad perpetuas operas talibus verbis se obligasse dicendum sit? serium tale pactum licet nullum dicant Bald. *ad l. 36. C. de Liberal. Caus. ob*
 68 *Gl. ff. ad d. l. 36.* alique è veteribus Jurisconsultis. Colerus tamen *de Proc. Execut. P. 1. Cap. 9. per tot.* prolixè satis demonstravit, liberum hominem, maxime si sit pauper, nec habeat unde vivat, in perpetuum operas suas promittere non prohiberi, & hanc sententiam communiter teneri asserit Schneidevvia. *J. de 7. Person. §. fin. num. 7.* Sed quid hic efficient verba honoris? Certe præstando interesse promittentem à tali pacto liberari, quia ad factum obligatus est indubitatum erit. Coler. *d. l. num. 74.* Schleiff. *not. ad Wesenbec. Tit. ff. de serv. export. num. 2.* An igitur impune recedit? Affirmandum id esse existimo; Cum enim tale pactum de libertate naturali nonnihil delibare negari nequeat, interpretatio in dubio contra illud facienda, & si de serâ & deliberata voluntate non constet, ea verba non nisi complacentiam Domini prolata esse præsumendum, suadet æquitas.

- 70 Devenio nunc ad ultimam Contractuum Consensualium speciem, nempe Mandatum, ad quod sæpissime Amici liberalibus verbis se invicem offerre solent paratissimos, officia sua promptissima; plerumque autem serâ præstandi intentio deest. Quid solennius formula ista Amicorum: Wenn der Herr et was zu befehlen hat / bin ich zu dessen Diensten bereit / sed quid iterum frequentius, quam mandatum serio dein delatum recusare?

re? idem ergo hic quod in reliquis Contractibus evenit, scilicet serio consensu nihil agi. Mandatum enim quamvis solo consensu perficiatur, is tamen deliberatus sit & animo obligandi intervenerit, omnino oportet; & olim quoque maxime serio iniri solitum fuisse hunc Contractum constat ex eo, quod plerumque per manum stipulatam celebratus fuerit, ut hinc nonnulli mandatum à manus datione derivatum existiment de quibus egregie differit D. Siebrandt *Dissert. de Reliq. Mandat.* §. 5. Consummare igitur illud non tenetur, nisi cujus voluntas præcessit *l. 17. §. 3. ff. Com-* 72
mod. nec invitus quis facile ad eum Contractum cogendus, in quo operam suam gratuito, simulque levissimam culpam præstare tenetur. *l. 13. C. Mandat. l. 21. eod.* ut hinc serio quoque susceptum Mandatum, si res ad huc integra fuerit, impune recusari possit §. 11. *J. Mandat. l. 22. §. ult. l. 27. §. 2. ff. eod.* quanto magis is ab obligatione liber dicendus, qui non nisi civilitatis gratia officiosus est? quo potissimum quoque spectat Statutum Hamb. *l. II. Tit. 12. art. 2.* Da einer nicht aus Vorsake / wie ein Anwaldt / sondern aus Freundschaft / zu dienen sich anerbeut / wird damit zur Anwaldschafft nicht verpflichtet.

Susceptum Mandatum quamvis regular. gratuitum sit *L. 1. §. 4. ff. Mandat.* & qui sciens volens alieno negotio se offert, ab omni lucro abstinentem fidem præstare debeat *L. 38. ff. de Neg. Gest.* Honorarium tamen seu munus extraordinarium quin salva Mandati substantia offerre & stipulari sibi possint, dubium non est. *L. 6. pr. ff. Mandat.* Hoc autem dubium manet, an qui generalibus verbis officia sua repromittit, ad honorarium præstandum obligetur? Nec enim quisquam ingrati nomen ita affectabit, ut deneget urbanam gratitudinis suæ declarationem; Ex qua tamen Mandatarius parum emolumenti sperabit. Quamvis enim prolixissimis verbis promittatur: Er wolle diesen Dienst mit würcklicher Dankbarkeit / oder mit einem Gratia! zu remuneriren wissen. Nulla tamen exinde vel obligatio vel actio orietur cum Actio quæ ad petendum honorarium competit *L. 6. pr. ff. Mandat.* locum non habeat, si incerta pollicitatione promissum sit, *L. 56. §. penult. ff. Mandat. l. 17. C. eod.* cum

86 CAP. VI. DE EFFECTU VERBOR. HON.

itaq; in præfenti casu neq; in genere, neq; in specie, quid & quantum promissum sit constet, nihil quoq; exinde peti poterit. Ecer. 77 Dec. 157. n. 37. idemq; dicendum, etiamsi acceptatio Mandatarii accesserit, cum nec stipulationes rei incertæ ullius sint valoris L. 64. 65. ff. d. V. O. conf. omnino Umm. Proc. Jud. Dist. 3. Coroll. Stryck. Cant. Contr. Sect. II Cap. 11. §. 21. nec obstabunt ea quæ supra de Locar. Conduct. dicta sunt, cum distinctio inter Contractus sua natura gratuitos & non gratuitos omnem difficultatem submoveat.

78 Sed quid dicendum, si ob lato certo honorario Mandatarius respondeat: Solches wäre gar nicht nöthig / er wäre obne dem schuldig zu dienen: An his verbis oblata recusasse videtur. An vero Actio petendi promissum ei salva manebit? Non serio,

79 sed honoris causa hæcce recusari unicuiq; patet. Communiter enim homines ne videantur avari, initio beneficia renuere, nec oblata nisi averfa manu accepta resolent; & hæc ars aliquorum est, qui maxime aliquid cupiunt ut speciem recusantium induant, quo emixius rogentur id suscipere, quod flagrantissima cupiunt: verbis Dur. de Pascolo. (qui est Eberhard. à Weihe vid. Limn. 7. P. L. 1. Cap. 2 n. 72.)

80 Aul. Polit. aph. 121. Salva itaq; urbano recusanti nihilominus manebit actio mandatæ, ad petendum honorarium; cumq; etiam pollicitatio certi muneris valeat, arg. L. 56. §. 3 ff. Mandat. L. 17. C. eod. Conf. Umm. d. l. nihil quoque civilis ista recusatio nocebit, quin potius ad remunerandum magis incitabit promittentem.

81 add. quæ dicta sunt supr. Cap. V. n. 14. Tut ori tamen fortassis via incedent ii, qui more plerorumq; non nisi accepta demum remuneratione, respondent: Es wäre nicht nöthig gewesen! ingeminantes illud, besser ist ein Vogel in der Handt &c.

82 Haut difficilis labor foret, plura circa Contractus V. H. exempla cumulare, sed ne Lectori tædium excitem, ad alia pedem promoveo; de hoc certus, ex adductis satis elucescere: in Contractuum celebratione, nullius quoque efficacæ esse verba nostra honoris.

CAP.

De Effectu Verborum Honoris circa
Delicta.

SUMMARIA.

Connexio n. 1. Verbis honoris quoque Injuria committi potest. n. 2. seqq. Animo iniuriandi probato nihil juvat protestatio honorifica. n. 7. seqq. Injuria ob familiarem conversationem remissa presumuntur n. 10. seqq. Modo conversatio sponte fuerit celebrata n. 13. An bl. sibi nomen sit qui Amasiam suam Deam dicit n. 14. seqq. An qui Angelum suum n. 15. Ad adulterium probeatur ex eo quod Uxor cum altero verba urbana commutaverit n. 16. seqq. De lueris Amatoris n. 19. seqq. Conclusio n. 23.

DEmonstratio haecenus, quid Verborum Honoris circa A-
ctus Licitos valeant, nunc de illicitis quoque agendum er-
rit. Ex illis autem primo loco se offert Injuria, qua an per V. 2
H. fieri possit? disquiri meretur. Quod affirmo, si scilicet fiat
ad Contumeliam; Cum in hoc Delicto non superficies verbo-
rum spectetur, sed mens & intentio proferentis. Atque huc po- 3
tissimum spectat, si quis alterum nimis honorum verbis oneret,
ita ut irrisui inde habeatur, & ab aliis contemnatur. vid. Feltn.
de Tit. Hon. lib. II. cap. 32. num. 19. ideoque si Aequalis & qualem
Seinen gnädigen Herren dixerit, vel aliis nimis affectatis ver-
borum ceremoniis, addita subsannatione, exceperit, non nisi a-
nimo iniuriandi id fecisse putandum est. Idemque dicendum, 4
si quis alterum ironice Peritum Medicum, Eximium Philosophum.
Eruditum Advocatum salutaverit; Licet enim ista verba nihil in-
jurioli continere videantur, attamen, si in deteriorem partem,
contra naturam suam usurpentur, delicto non carebit proferens,
vid Harprecht. ad §. 1. 7. de Injur. ibique citat. Berlich. P. V. Concl.
19. n. 32. & huc sine dubio quoque referendum erit exemplum,
alleg. à Besold. Thef. Pract. lit. 5. num. 41. in Ulmensi Republ. in-
juriarum teneri, qui ad quampiam dixerit, du schöne Frau. Et 5
quid

quid communius in conversatione audimus, quam calumnias per laudes & sermones sarcasticos, vulgo *Stichelreden* proferri. Nec minus horum numero adjungendi illi, qui ridiculis alium excipiunt encomiis, quorum exempla recenset Feltn. *d. l. Cap. 4.* nisi tamen ex simplicitate aut rusticitate ejusmodi formulae adhibeantur, cum sic ignorantiae Hominum simplicium venia danda sit, qui artem istam V. H. rite adhibendi, ad Philosophiam Aulicam pertinentem plerumque negligunt. Hinc ante omnia animus iniuriandi probandus erit.

De eo autem si ex injuriosis verbis certo constet, verba honoris addita nihil quoque ad excusationem valebunt. Licet enim quis verbis injuriosis, v. gr. *Tu mentiris, omnium Bipedum nequissimus es*, adjiciat Clausulam honorificam: *salvo honore tuo, absque contumelia dictis, quod patre tuo liceat dicere.* Deim Wort in Ehren/das isterlogen/attamen talis protestatio, cum sit facta contraria, nihil operabitur. *c. 56. Inf. X. d. Appellat. Gail. II. O. 10. n. 1. ff. 99.* nec injuria jam illata verborum artes vel simuta, protestationes quicquam profunt; Gail. *d. l. Conf. Weseabec. Tit. de Injur. n. 8. ibique Hahn. Berlich. P. V. C. 59. n. 49. Matthæ de Crimin. tit. de Injur. Cap. 1. n. 10.* Dissent tamen Bolognet. *ad L. Non solum, §. morte ff. d. Op. Nov. Nunc. n. 129.* ubi tutiorem dicit, veriorumque opinionem, per ista verba effici, ut nulla inducatur injuria, & Bertachin. *Rip. Jur. voc. Injuria* qui ex Angelo distinguit, an ante, an post verba injuriosa protestatio ista honorifica adjecta sit. Sed horum opinionem adeo veram non existimo, ut per hanc protestationem injuriam magis augeri credam, cum sit plane ironica add. Harprecht, *ad §. 1. J. d. Injur. n. 78.* Attamen & hic circumstantiæ probe considerandæ, cum aliquando ejusmodi protestatio multum operetur. Berlich. *ibid. Comil. 59. n. 52.*

Insignis autem V. H. circa Injurias effectus ex eo apparet, quod si sponte cum injuriante commutata fuerint, Actio injuriarum remissa censetur; Etenim, non expresso solum pacto. *L. 11. §. 1. L. 17. §. 1. C. d. L. 27. §. 4. ff. d. Injur. sed tacita quoque dissimulatione injuriæ remissio fieri potest, §. fin. J. d. Injur. L. 11.*

CIRCA DELICTA.

89

L. ii. §. i. ff. eod. Ea autem potissimum colligi solet, ex familiari conversatione, salutatione vel compellatione honorifica, &c. Damhoud. *Pr. Crim. cap. 238. n. 21.* Carpz. *P. II. Qv. 97. n. 5.* Althuf. *Dicæolog. L. I. c. 123. n. 30.* quod confirmat Gloss. German. ad Spec. Saxon. *L. III. Art. 31.* Denn also gethane Sachen (de injuriis loquitur) die mag man vergeben und nachlassen mit Gesüßden und mit Spielen / Essen und Trincken / und mit allen freundlichen Wercken / die einer mit einen yseget / damit er Feindschafft hatte. Similique modo ad Felonia remissionem argu-¹² mentari licebit, si Dominus vasallum verbis blandis exceperit, gratiam promittendo, vel eum appellando, *dilectum suum* seinen lieben Getreuen / vid. Rosenthal. *d. feud. cap. 6. Concl. 61. & Cap. X. concl. 38. num. 4. Schrad. de feud. P. II. sect. 14. num. 26. & Consil. 27. n. 32.*

Ea tamen quæ de injuriis dicta, ad talem casum restrin-¹³ genda erunt, si sponte verba honoris commutata fuerint ab injuriato. Quippe cum uno ore excipiant Doctores casum, si decore & honestate exigente evitare non potuerit urbanam conversationem, v. gr. si ab Amico simul invitari, morosa & tædio-¹⁴ sa altercatione hilare convivium turbare noluerim; cum sic neque computationes, neque confabulationes aut verba honoris quicquam præjudicent, sed dissimulatio laudi cedat vid. Damhoud. *d. l. n. 22.* Hopp. *ad S. fin. J. d. Injur.* & multo magis, si protestatio accesserit, conversationem istam urbanam celebrari more amico, auf Hoff-Recht h. e. citra præjudicium a& injur. Gail. *d. Arrest. cap. 14. n. 9.* Nihil quoque oberunt V. H. cum altero commutata, si lis jam contestata, & actio de injuria mota fuerit. Etenim cum eo casu jam quasi contractum sit, non tam facile remissio præsumitur, sed expressa remissione opus erit Mascard. *Concl. 902. n. 25.* nec tam injuria ipsa, quam rancor animi remissa censetur. Hopp. *d. l. ibique cit. Farinac. Qv. Crim. 105. n. 352. & 355.*

Missa injuria, ad publica me confero delicta; ubi Quæstio¹⁴ circa Blasphemiam ac Anton. Diana in *Resolut. Moral. Tom. V. Traçt. 8. Resol. 13.* mota; occurrit: *An Blasphemus sit, qui Amasiam su-*

M

am,

CAP. VII. DE EFFECTU VERB. HONOR.

90

*am, Deam suam adoranda. Anbetenswürdige Göttin/ ic. Göttliche Schönheit/ appellat? Communem reperies hanc formulam, sed de-
restandam; cum Creaturæ tribuatur quod soli Deo competit, quæ
Species dicitur blasphemix Boer. Decis. 391. n. 2. Ast cum non ve-
ra, sed hyperbolica talis locutio sit, nec animus blasphemandi
summum Numen in loquente deprehendatur, a pœna etiam deli-
cti hujus cum liberari verius est. Nec parum huc confert Deci-
sio Carpz. Pr. Crim. P. I. Qv. 45. n. 76. mitius puniendum esse in hoc
crimine, qui ex pravo loquendi usu & lascivia, vel alio sensu ver-
ba protulit, cum non ex dolo aut proæressi peccasse videatur.
Attamen cum res sit in se mala, non in totum talis Creaturæ
adorator excusabitur, sed si non majorem penam, insignem ad
minimum meretur reprehensionem, quod tam illicita erga Ho-
mines adulatione usus fuerit, & adorationem quæ Deo debetur
Creaturæ communicaverit. vid. Althuf. Dicoolog. L. I. cap. 101. n. 27.
28. Hopp. d. Joc. C. V. §. 32. Magis autem licitas exercet blanditi-
as, multoqve alienior est a blasphemia, qui dulcissimas sibi sva-
visissimasque puellas dulcissimo Angeli, mein Engel / vel voce di-
minutiva, mein Engelchen nomine compellat; cum nullum cri-
men contineat, Angeli vel Angelici epitheton adjicere iis, quos
quasve præ cæteris magni facimus, idque a piis quoque viris
factum fuisse observatum sit.*

- 16 Circa adulterium quoque, insignis nonnunquam verba Honoris
solent esse consequentia. Quamvis enim solis verbis hoc Deli-
ctum non committatur, nimia tamen familiaritas cum extraneo
17 sæpiuscule odium ac suspicionem excitare solet. Equidem, si
palam & in conspectu aliorum urbana verba cum alio commu-
taverit, extra periculum erit, cum res in publico gestæ non
tantis suspicionibus subsint. L. 54 ff d. Administ. Tut. sed si fiat collo-
18 quium in loco & tempore ad adulterium aptis, tum certe ad
suspecta adulterii præludia referri poterit vid. l. 4. C. XXVII. Qv.
1. Licet sine aliarum circumstantiarum adminiculis sola ad pro-
bationem tanti criminis non sufficiant.
- 19 Facilis hinc etiam decisio evadit, quid de Literis amatoris
dicendum? Nimirum si verba sint generalia, urbana, officiosa so-
lum,

CIRCA DELICTA.


91

lum, ita ut tam in bonam quam malam partem accipi possint, tum benignior interpretatio, & delicti exclusiva amplectenda erit. *L. 51. ff. pro soc.* sin vero, lasciva iis contineant ut verba, quibus vel sollicitatio, vel confessio, ac laudatio amoris adulterini exprimitur; tum non levis inde criminis desumi poterit præsumptio Menoch. *d. presump. L. V. pres. 41. n. 39.* quæ an ad torturam sufficiens sit, prudentis atque circumspècti Judicis arbitrio committendum. Cum in hac materia vel minima circumstantia consideranda sint, vid. tamen prolixius hæc tractantem Müller *Dissert. de Læcis Amatoriis.* An vero Maritus uxori Literas amatorias scribenti, alapam infligere queat *Id. ibid. § 23.* quærit, ubi id affirmat.

Multo plura circa hanc Materiam addi, dictaque prolixius tractari potuissent, & forte quoque debuissent; sed cum jam nimis præter opinionem excreverit præsens dissertatio, reliqua huc spectantia omitto. Tibi vero, Summe Deus, serio peccatore devotas persolvo grates, quod benigne vires concesseris, studiisque meis hæcenus non defueris. A Te B. L. ea, qua decet, humanitate contendo, ut juvenilibus ignoscas annis, materiam hanc prolixam, utilisissimamque pro merito tractatum non fuisse.

Jucunditas ejus si austerio fortassis Catoni non arrideat, non curo, contentus, non impia, non injusta, non inhonestata me dixisse.

TANTUM.









Rostock, Diss., 1706-09

X 237 3042







G. 18. num. 31. 740.

DISSERTATIO INAUGURALIS ²⁷
DE
VERBIS
HONORIS,

1709, 9 6

Vulgo
von Complimenten/

QVAM
ADNUENTE DIVINA GRATIA,
CONSENTIENTE
ILLUSTRI FACULTATE JURIDICA,
PRAESIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
DN. JOHANN. JOACH. Schöpffer/
JCTO, ET ANTECESS. CELEBERR. COM. PAL CÆSAR.
CONSIST. DUCAL. CONSILIARIO, NEC NON CANCEL-
LARIE MECKLENBURG. VICE-DIRECTORE
SPLENDIDISSIMO,
PATRONO, atque PRÆCEPTORE suo omni atate de venerando,
PRO LICENTIA
SUMMOS IN JURE HONORES CONSEQUENDI,
Publico Eruditorum Examine submitte
MARTINUS ALBERTUS Willebrandt/
ROSTOCH.

G. H.

KONFERIERT
UNIVERS.
ZVHALTE

Ad d. V. Dec. M DCC IX. Horis ante- & Postmeridianis.

ROSTOCHII, ANNO M DCC XVII.